Utrum anticipacio parocismorum significet augmentum morbi et postpositionis declinacionem Arguitur quod non primo quia continue usque ad statum procedunt parocismi anticipando non tamen continue est augmentum igitur etc. Consequentia est nota et antecedens probatur quia fortius a materia magis et magis cito incitatur eo quod materia magis et magis malignatur igitur etc. Item continue plus et plus de materia movetur ad putredinem igitur cicius et continue cicius advenit principium parocismi et per consequens procedit parocismus anticipando consequentia est nota cum ante ¶ 2o alique sunt febres que continue procedunt anticipando et tamen ille continue non sunt in augmento igitur etc. quia minor est nota et maior patet de febribus angmasticis infpolaticis in quibus cicius movetur ad putredinem grossa et postea subtilis ¶ 3o dantur febres quarum parocismi continue procedunt postponendo igitur etc. quia nota antecedens videtur possibile de angmasticis infpolaticis in quibus cicius continue ad putredinem movetur subtilius deinde grossius ¶ Oppositum habetur ex dictis circa illam partem et tercium ad minorem in circumstancia ¶ Circa huius questionis declaracionem primo nota quod materia putrescens faciens febrem quandoque potest homogenea quandoque ethrogenea in suis partibus ¶ 2o nota quod multe possunt esse cause anticipacionis parocismorum prima est accidentalis et ex extrinseca ut ordinacio diete vel regiminis ¶ 2a potest esse disposicio in materia reperta difformis in suis partibus propter quod una pars nata est cicius et alia tardius moveri ¶ 3a causa potest esse disposicio maior materie ad putrefieri tempore unius parocismi magis quam tempore alterius ¶ 4a causa potest esse conatus forcior virtutis contra materiam ad ipsam expellendam extra venas ¶ 5a maior sensibilitas membrorum ¶ 3o nota quod tres oppositas hiis tribus possumus ymaginari fore causas postposicionis parocismorum prima difformitas materie in suis partibus propter quod pars sequens tardius est nata moveri ad putredinem in parocismo sequenti quam fuit precedens pars in anti ¶ 2a causa potest esse disposicio materie qua tinctura fuerit uniformis ad putrefieri in sequenti quam in priori ¶ 4o nota quod duplex est anticipacio quedam est anticipacio absoluta et quedam respectiva que dicitur anticipacio anticipacionis ¶ Prima questio quod anticipacio parocismorum a causa accidentali eveniens non significat augmentum egritudinis patet quia potest in quolibet tempore morbi indifferenter evenire ¶ 2a questio non anticipacio parocismorum propter difformitatem materie in suis partibus eveniens significat augmentum morbi patet quia talis evenit in principio vel evenire potest ¶ Nota tamen quod in istis febribus quarum parocismi procedunt anticipando licet non ab ordine parocismorum distinguemus ab invicem quatuor tempora vitia quia tunc est principium quando materia apparet cruda et parocismi procedunt equaliter in anticipando quia scilicet quantum 2us parocismus anticipet primum tantum 3us 2um vel insensibiliter plus tunc vero est augmentum quando sensibiliter plus anticiparet 3us 2um quam 2us primum et sic deinceps tunc vero status quando materia iam digesta et parocismi equaliter sese anticiparent tunc vero declinacio quando continue minus et minus sese anticiparent parocismi et hoc est dicere quod anticipacio absoluta non anticipacio anticipacionis significat augmentum ita quod principium morbi est quando anticipacio est remissa et augmentum quando procedit sensibiliter augendo anticipacio status quando ultimatur anticipacio declinacio est remissa et augmentum quando procedit sensibiliter augendo anticipacio status quando ultimatur anticipacio declinacio quando sensibiliter minoratur ¶ Nota tamen quod hoc non est vel verum nisi supposita proporcionali difformitate materie parocismorum ita quantum 2a materia faciens parocismum 2um est abilior ad putrefieri quam materia faciens primum tanto sit abilior materia faciens 3um quam materia faciens 2um et sic deinceps ubi autem materia non foret sic regulariter difformis 2um hanc anticipacionem non possemus recte distinguere tempora universalia morbi ad invicem sed sic deberemus tunc ea distinguere penes digestionem materie ¶ 3a questio stante materia homogenea modo iam dicto si sit anticipacio non fit nisi quia vel virtus magis conatur aut quia plus de materia movetur ad putredinem tunc quam prius unde cicius stimulatur virtus expellere ipsam extra venas quam prius stimulabatur sed hoc videtur solum in augmento contingere ¶ Et nota quod per materiam esse homogeneam

No de anticipacione par.

non intelligo homogeneitatem ipse dictam sed
quo ad sensum difformitas enim insensibilis
materie non facit sensibilem anticipationem ut
patet ex quo sequitur quod signum sumptum ex anti
cipatione paroxismorum non est de se solo suf
ficiens ad significandum super augmentum
egritudinis. Secunda quod postpositio paroxismorum
evenientis propter difformitatem materie in suis par
tibus non necessario significat veram declina
tionem patet quia talis potest contingere in prin
cipio augmento et statu. ¶ Nota tamen quod licet ita
sit in febribus tamen continue procedentibus post
ponendo distinguere possumus quatuor tempora
ut tunc dicamus esse principium quando materia
est cruda et paroxismi declinant equaliter vel
insensibiliter inequaliter et tunc augmentum
quando declinatio stat equaliter motibus paro
xismus est tamen minor quam umquam et cum
materiei digestione tunc vero declinatio quando
sensibiliter augetur postpositio paroxismorum et hec
causa fuit propter oppositum anticipationis ut patet intel
ligenti. Nota tamen ut supra quod hec non esset vera
si materia foret inregulariter difformis. ¶ Tertia quod
stante materia non sensibili etherogeneitate
postpositio paroxismorum significat declinationem
patet quia signum est aut quod minor quantitas
materie movetur aut quod materia tardius acqui
rit gradum malicie sufficientem virtute stimu
lare et hec videtur declinatio. ¶ Ad argumenta
patet per conclusiones

Senes facillime ferunt ieiunium / pars
quarta istius afforismi est ista senes fa
cillime ferunt ieiunium. Ideo abstinentiam
potius abstinentiam probatur per tardius
inciderunt fame et cum fame minus ledunt aliis
corporibus igitur etc. patet quia et autem declarabitur
circa textum. ¶ Primo nota duplices esse senes
primos et decrepitos de primis intelligitur
afforismus. Et hic nota quid per etatem iuventutis
quid per etatem puericie et quid senectutis in
telligere debemus ex quo patet qui sunt pri
mi senes et qui secundi senes dicti primi se
nes sunt quorum etas est a 40o vel 50o anno
usque ad 60um vel 70um. Alii sunt senes dicti
decrepiti quorum etas est a 60 anno usque ad
80 vel ultra secundum diversas naturales corporis
complexiones. ¶ Propositum prima quarta afforismi
intelligitur de primis quia de decrepitis non esset
simpliciter verum ut patet. ¶ Secundo nota quod dicta est inter
ieiunium ex una parte et famem et sitim
ex alia. ¶ Ad propositum non facilius tollerant
ieiunium sed etiam famem et sitim ut patebit.
¶ Tertio nota causas ex quibus sumitur facili
tas aut difficultas tollerantie ieiunii nam
possunt sumi penes tria primo penes ve
locem vel tardum incursum in famem 2o penes
magnitudinem vel parvitatem nocumenti sequentis
vel nocumentorum sequentium famem. ¶ Tertio pe
nes faciles vel difficiles relevationes ab incommo
do sequente famis tollerantiam et addatur quedam
accidentalis causa quibus ad ieiunii tollerantiam
ut repletio stomaci ex malis humoribus tem
pore famis ut 3a primi 3o capitulo etc. ut sanitatis
conservatio primo modo dicuntur senes facillime
tollerare etc. quia tarde incurrunt etc. et sitim
2o modo quia minus sequitur nocumentum ex equali
tollerantia famis in senibus quam in aliis sitim
3o modo hic possumus dicere quia quamvis ex
his resolutio difficilius removeatur a sene quam
ab aliis resolutio enim sequens debilem tolleran
tiam ieiunii est multo minor in sene quam in aliis
unde probabiliter dici potest quod ab illa resolu
tione facilius relevantur quam alia corpora
a magna. Item adde nocumenta sequentia
tristem sensationem quia resolutionem et attractionem
malorum humorum. ¶ Quarto nota ad facilitatem tol
lerantie ieiunii multe cause concurrunt primo pau
citas caloris et spiritus et eius gradualis remis
sio non enim queritur ut infra patebit 2a est de
nersitas humidi a calido resolvente 3a est humor
crudus non digestus et notum est omnia in
senibus ceteris paribus esse maiora. ¶ Quinto
nota nocumenta ex ieiunio sequentia fore
multiplicia est namque primum tristicia sequens fa
mem et resolutio spiritus sequens ad hanc tris
ticiam et in libello de malicia complexionis di
verse 2m est spiritus et humorum et mem
brorum inflamatio 3m est humidi membralis
et calidi naturalis resolutio que omnia destruit
do in senibus sunt minora ut patet non enim habent
spiritus sic inflamabiles nec membra sic re
solutioni disposita. ¶ Secundo consistentes. ¶ Tertia
quarta afforismi 2o consistentes facilius tollerant
ieiunium aliis post senes probatur ut prece
dens. ¶ Primo nota per consistentes duo intel
ligere possumus primo illos qui sunt in prin
cipio senectutis et hec expositio non placet
2o iuvenes in fine iuventutis et hic incipit
hec etas a 30 anno vel 35 et finitur ad 40
vel ad 45um supra enim sunt primo consistente [illegible]

infine n° 2° et de his verum ē q pueri sen
es facilius tollerant ieiunium Alii autem
potest exponi ita ut li 2° non cadat super
hoc consistentes sed sup hoc ferunt ut sit se
sus senes facilime ferunt ieiunium sed primo
2° .i. post ipsos consistentes et istum intem
repuito neriorem ¶ 6° nota hos facilius pu
eris tollerare ieiunium quia humidum eorum
est densius et inresolubilius habent etiam
de calore minus in quantitate ut infra videbit
Est etiam pueris magis necessaria nutricatio
propter augmentum ut patet ¶ Quarta n° pueri
¶ 2ª q° pueri his iam dictis minus facilius
tollerant ieiunium probat ut alia ¶ 1°
nota per pueritiam in proposito intelligendam esse
totam etatem ad primum nativitatis usque ad inicium
iuventutis quando scilicet desinit crescere
que ab aliis adolescentia id est crescentia no
minatur hec etiam frequenter ab auctoribus alii
sumatur ¶ 2° nota q in talibus calidum est mul
tum in quantitate et in quali humidum subtile
est resolubile et inflamabile magis quam in aliis
Est etiam necessitas nutrimenti non solum pro
nutritione sed etiam pro augmento ideo facilius
et maiora incurrunt nocumenta ex fame
et ieiunii tollerantia et per hoc q° n°. ¶ Quarta
n° ipsorum ¶ 3ª q° inter ceteros pueros infan
tes difficilius tollerant ieiunium probatur
sic talibus citius advenit fames et maiora
incurrunt nocumenta ex fame et ieiunii
tollerantia 1ª ratio patet quia et aliam certa iam de
clarabit ¶ Primo nota per infantiam totam primam
etatem intelligere debemus a primo nativitatis
quo usque puer recte et decenter fari sciat
unde infantia quasi non fantia nominatur
a non fando vel debite non fando ¶ 2° no
ta causam quare isti difficilius tollerant
ratio sicut in aliis dictum est ¶ Quarta n° 4ª
q° infantes quanto sunt animosiores
aliis difficilius ferunt ieiunium probatur
ut precedentes ¶ Primo nota per animosiores
possumus intelligere calidiores et audaciores
ut in augmento animositas enim et audacia inse
quuntur caloris multitudinem ut 2° tegni de
distrasiis cordis et primo canonis fen 2ª summa
de pulsibus capitulo de pulsibus ubi ponitur q quan
to est in calore naturali magis augmentum tanto est
in anima maior fortitudo et audacia 2° per
animosiores intelligere possumus audiores
in capiendo cibum prima expositio est melior licet

nutricam tenere possit ¶ 3° nota causam quare
hii difficilius tollerant ieiunium ratio quia in eis
advenit resolutio maior cum causa resolvens
sit maior ¶ 4° nota omnes istas conclusiones
veras esse aliis positis paribus nisi enim talis
paritas non opporteret affirmare esse verum ¶ Et sic
summa colligit 2° sub capitulo de cibatione febrici
tancium et est utilis tam in actu curativo quam
conservativo quam in preservativo et ampliat
tam ad corpora sana egra quam neutra ut patet
intelligenti

Qui crescunt plurimum habent etc. ¶ Prima
q° corpora crescentium vel adolescen
cium indigent plurimo nutrimento
probatur talia habent plurimum calorem
innatum 1ª ratio quia probat quia non exhibe
to plurimo nutrimento corpori habenti plurimum
calorem corpus consumitur et aliam probat quia
sine calore huiusmodi corpora non augmentatur
1ª ratio ¶ Primo nota per corpora crescencia intel
ligit omnia corpora in etate adolescentie ex
istentia ¶ 2° nota per calorem intelligi posse
qualitatem propriam que est caliditas et ipsum corpus
calidum scilicet spiritum et hoc maxime videtur
intelligere commentator in augmento per innatum autem
quidem intelligunt calorem a primo generationis
nostre contractum quidem non complantatum etiam ex
tempore Ego autem dico per calorem innatum intel
ligi debere omnem calorem naturalem sive sit in
fluens quam innatum et complantatum distinctum quam
enim intelligunt innatum a generatione contractum
quam enim per innatum intelligunt influxum
membris et intus naturatum quia scilicet suis
operationibus complantatum quam autem per innatum intel
ligunt omne naturale .i. nature conveniens
et sic credo in proposito ¶ 3° nota calorem innatum
sive spiritum in talibus corporibus esse plurimum
respectu corporum vel aliorum in aliis etatibus existentium
cum aliis paribus quod dupliciter intelligere po
ssumus vel absolute et sic non est verum absolute
enim maior est quantitas spiritus in iuvene quam
in puero aliis paribus 2° proportionabiliter sive
molis et sic intelligit ypocras alii autem intelligunt
calorem plurimum innatum id est maxime innatum
quia scilicet maxime naturalis videtur calor
puerorum ut aliqualiter tangit commentator in
commento comparatione caloris aliorum corporum
¶ 4° nota animalium cibum vel alimentum ne
cessarium esse propter duo primo ut fiat recompe
satio eius q a calore dissolvitur 2° quia cum

iuuenes in primo sint sub pura valde extensione
generet et non possit sub illa debitas opera
ciones perficere oportuit ipsum crescere et de-
bitam attingere quantitatem quam sine alimen-
to attingere non posset ideo necessarium fuit sic ali
mentum ¶ Colliget sic notatum pro parte prima
3a can fen 13a tractatu 2o capitulo de causis debi
litatis appetitus et pro ambobus 2o de anima
et aliqualiter primo de generatione embrionis et
primo canticorum commento 122o ¶ Ad propositum harum
necessitatum utraque reperitur in crescentibus et so
lum prima in aliis ideo rationabiliter plurimo indiget
nutrimento ¶ Primo nota hic nutrimentum po
ssumus intelligere esse plurimum vel 2m quantitatem
quantum vel discretam ad sensum medicorum et utique
uno vel absolute vel 1o cuius quod ab eo dissoluitur
et sic uno credo intellexisse ypocratem in afforismo
¶ 2o nota quod si non exhibeatur huius corporibus
nutrimentum consumitur corpus primo quantum
non attingunt 2o quia deficiente nutrimento hu-
mido dissolutione calido proveniente resis
tente calidum naturale valde amplius consumit
naturale humidum sicut lucinium consumitur oleo defici
ente in lampade quia tunc consumitur corpus
ut dictum est et hoc patet prima 4o ¶ Se
nibus non plurimus calor inest ¶ 2a 4o Senes
parvis nutrimentis sive fomentis indigent
probatur in senibus est calor naturalis parvus et
modicus secundum rem patet quia quia a multis vel
a multo nutrimento calor parvus extinguitur
ut in commento precedentis afforismi declaratum
est ¶ Primo nota pro senes utrosque senes inter-
posse utrique enim pauco indigent nutrimento
primum quidem pauco 1o puerorum et raro exhi-
bito decrepiti non valde pauco sed frequenter
exhibito ¶ 2o nota multum nutrimentum
extinguit calorem debilem primo per viam suffo
cationis ut dictum est 2o per viam simplicis altera
tionis cum alimentum sit quantum alito ut alias
fuit declaratum ¶ Capitulo sic senibus ¶ Cor
relarium in senibus febres non debent esse sic
acute sicut in pueris vel in iuvenibus probatur
senes habent frigidum corpus secundum patet quia
et aliter similiter ex dictis ¶ Primo nota acutas
febres maxime arguunt decursus intensione
cum securitate accidentium et velocitate sue
finiationis hec autem febres maxime proveniunt
a causa calida que quia multa in pueris et iu
venibus parum non reperitur in senibus secundum rem
2a causa potest esse quia et si eque calida foret

materia peccans in sene subito tamen frigido ex ipsa
non tantam caliditatem preter naturam in membris
imprimeret unde non esset febris similiter acuta
saltem in ratione intensionis secundum quod colliget dictum
Averoys intellectus 6o colliget capitulo 2o dicentis
quod calor accidentalis sive preter naturam mensuratur
mensura naturalis in corpore enim caloris pauca
remissior inducitur per naturalis calor in corpore
non multum multus aliis paribus vel aliis calor
preter naturam mensuratur etc quia cognita
mensura naturalis cognoscitur saltem confusa
notitia mensura caloris preter naturam ut 2a
primi capitulo primo et 3o tegni colliget potest ¶ Alte
rius nota quod paritas egritudines non intellex
omnes que cum securitate accidentium sunt ve
loces finiationis quia multe in eis reperiuntur
acute sicut spasmus catarrus fortis sed intelligit
febres multe inflamationis que cum securitate ac
cidentium sunt breuis finiationis ¶ 3o nota
non esse intelligendum non in senibus fieri has
breves sed vult quod non facile possunt eius dici e
qualiter acute et quo ad accidentia et quo ad in
tensionem absolute et secundum spatiorum temporis comparationem
ut patet similis sua huic colliget primo canticorum
capitulo primo et primo canticorum commento allegato
et primo prima doctrina 3a capitulo de etatibus et
quantum ad corelarium 2o prima capitulo de cau
sis unde et capitulo de causis putredinis et 4o coll.
capitulo 3o ad principium et ampliatur ut precedens
et est utilis in actu practico quia per ipsum docemur
ordinare dietam indicatione sumpta ab etate

Queritur utrum calor pueri et iuvenis
sint equales arguitur quod non multiplici-
ter primo calor pueri est maior quam iu
venis secundum rem aliter probatur multiplici-
ter primo per plus esse pueri continue agit calor in nutri
mentum in spiritus et membra secundum reparatur sed ipsum
reparari est ipsum remitti ¶ 2o arguitur calor ca
ducitur continue remittendo procedit secundum rem aliter
probatur quia in senectute maior est humiditas
extrinseca quam radicalium in tempore pu
ericie et ad eorum resolutione sequitur caloris
remissio sed humiditas extrinseca non sufficit
in senectute manum tenere sicut calidum est ut in
iuventute humiditas radicalium secundum rem ¶ 3o in
colerico decedente per suas etates de complexione
permutato ad melancolicum non solum 1o dispositum
prius habitarum sed est 1o senis temperati facto me
lanco est calor in senectute remissior quia in
primo est melancolicus primo multum distans a.

complexione colerica secundum hanc magis distabat
et tamen tunc erat colericus sed ante hoc erat con-
sistens et in consistentia erat frigidior ¶ 4° pro-
cedere calorem pueri continue procedere remittendo
ut patet et quia dispositiones senis inducuntur
in materia generacionis et patet ¶ 5° in primo
instanti senectutis est caliditas notabiliter
minor quam in pueritia et tamen per medietatem
minor et continue tamen fuit iuventutis igitur etc.
¶ Ultimo est auctoritas galieni in tegni
¶ 2° ad principale caliditas iuventutis est
maior igitur conclusio argumentum quia continue usque ad iuven-
tutem remittitur frigiditas in corpore humano
eo quod continue caliditas membrorum excedit fri-
giditatem et elementa calida excedunt fri-
gida sibi debite applicata 2° sicut aliquod agens
diminutus agit in passum dispositum ita inten-
sius effectum producit sed calor naturalis in iuven-
tute diminutus egit igitur etc. ¶ Confirmatur
quia spiritus assistens membro calefacit et
alterat et non nisi calore ¶ 3° in iuvene sunt
humores calidiores igitur generantur a maiore calore
et magis calefaciente ¶ 4° in iuvene sunt
operaciones intensiores et fortiores ut
motus pulsus igitur etc. ¶ 5° evacuacio humoris
flematici vel humoris infrigidantis calefacit
corpus 2a primi de causis retencionis et e-
vacuacionis sed iuvenis est sicut evacuatus
a flemate et repletus humore calefaciente
igitur etc. ¶ 6° ad tactum apparet calidior iuve-
nis forte dicitur quod solum acutior Contra sicut
se habet visibile ad visum ita se habet tangibile
ad tactum sed visus melius iudicat de visibili
quam de alio sensibili igitur tactus melius iudi-
cat de tangibili et si sic tunc sequeretur quod
nulla differentia est aliquid esse intensius calidum
et acutius ¶ Iste calor iuvenis est sicut
calor febrientis ut in tegni 7° variatis
passivis variantur active ideo saltem non equales
argumentum probatur 2° colliget primo capitulo quia propter
materie diversitatem variantur sit variacio in propriis
formis sed cum passive sint magis activarum per
activas esse variatas ¶ 8° sumatur complexio
sortis sicca tantum in pueritia et arguitur sic
hec complexio sortis sicca tantum in pueritia
est calidior quam ipsa erit in iuventute igitur calor
sortis pueri non erit equalis calori sortis iu-
venis probatur antecedens quia continue a pueritia usque
ad iuventutem hec complexio plus exsiccabitur
igitur continue plus infrigidabitur quia siccitas associatur

quam debet associat secundum frigiditatem magis
quam cum sed in iuventute hec quo est siccior quam
erat in pueritia igitur nunc erit frigidior in iuven-
tute quam in pueritia ¶ Item sumatur senex
decrepitus humidus in temperati vel primus se-
nex comparatus iuveni sicco et arguitur sic
maior est humiditas huius senis quam huius
iuvenis sed humiditas huius senis non sufficit
sustentare suum calorem in eadem mensura cum
qua fuit in iuventute igitur humiditas huius iuvenis
non sufficit fovere suum calidum in eadem men-
sura ¶ Ad oppositum est galienus in tegni quarto
2m quartum elementorum et 2° complexionum
et Avicenna capitulo de etatibus prima primi ¶ In
questione erunt tres articuli in primo videbitur
quod calor est maior extensive 2° intensive
3° tanguntur quidam probabiles modi defen-
sandi quod sit maior in iuvene quam in puero
aliis paribus In primo ponentur notabilia et
distinctiones 2° conclusiones ¶ Quantum
ad primum articulum sit prima distinctio calor in
nobis est duplex scilicet innatus et influens de
utroque est sermo ¶ 2a distinctio est hec humi-
dum duplex est scilicet innatum et influens innatum
est duplex quoddam contractum a generacione
et illud est radicale humidum quoddam ex nutri-
mento et dicitur nutrimentale ex primo fen 1 ut ra-
dicale ex 3m fen primi ut est tempore acqui-
situm ¶ 2a distinctio calor sumitur quandoque
pro corpore calido etc. hic capitur utroque modo
¶ 2a distinctio subiectum caloris est duplex scilicet
quoddam simplex quoddam compositum Aliter
primum convenienter et coniunctum vel confusum et hic
est triplex ut patet ¶ Prima suppositio est
quid per pueritiam quid per iuventutem intelligere
debeamus notum est ¶ 2a suppositio est quod
dum comparatur calor iuvenis et pueri in compo-
sicione comparantur in comparacione suorum subiectorum
¶ 3a suppositio calor in materia mixta non
conservatur nisi in materia humida subtili et in ma-
teria convertibili humidum aereum methaphorice
dicitur subiectum quo sustentatur et pabulatur calor
naturalis Ex quo sequitur humidum aereum esse
subiectum maxime primum caloris naturalis et quan-
to parvius a terrestri tanto convenientius Ergo
sequitur quod quia humidum radicale parvius est
potest illud appellari subiectum primum caloris con-
tractum non ex nutrimento convenienter aggregatum
non appellari potest subiectum coniunctum sive confu-
sum vel commune ut dicitur in tegni ¶ Prima

quo ratione subiecti continentis calor est maior in iu-
uene quam subiectum continens in iuuene est multo
amplius et magis extensum ¶ 2a quo ratione
subiecti corrupti est maior in iuuene quia magis
est aggregatum in iuuene quam in puero ¶ 3a
quo ratione spiritus siue simpliciter est maior in puero
ut patet quia multo amplius est humidum ae-
reum in puero proportionabiliter tamen sue molis quam
in iuuene et patet per gam ¶ Primum dubium quod(?)
humidum animatum est subiectum spiritum caloris sed con-
tractum continentium est huius ergo etc. ¶ 3m
dubium redducitur melancolicus ad sanguineum
et habebit tunc humidum purius et plus etc.
Auicenna de ethico curato in iuuentute ¶ 3m
dubium tunc ergo senes plus haberent de ca-
lore ratione subiecti continentis vel corrupti ¶ Ad
hoc respondetur ad primum dubium dicitur quod probat
veritatem scilicet quod aliquod contractum ex tem-
pore est subiectum sed tamen ipsum continentum con-
tractum comparatum illi ex generatione est con-
uenit non simpliciter tamen sed in comparatione ¶ Ad
2m dubium sit sor. primo melancolicus puer
et iuuenis fiat temperatus tunc humidum eius con-
uenit dictum est magis spiritum sustentatiuum
caloris quia ipsum est temperatum et primum fuit
distemperatum dicitur quod licet omne temperatum hu-
midum est melius subiectum licet habeat minus
proxima quam haberet si non sortes fuisset
redductus ¶ Ad 3m de senibus dicitur quod senes
ratione subiecti corrupti plus habent de calore
extensiue licet intensiue non ceteris paribus

¶ Quantum ad 2m articulum primo premitto
tum comparantur iuuenis et puer etc. alia sunt
paria in naturali complexione et aliis circumstantiis
accidentalibus variantibus caloris mensuram
non enim dubium est iuuenem colericum calidi-
orem esse puero flegmatico pigro(?) excitatiui(?)
puero ocioso ¶ Aliter dicitur sic contingit tam
puerum quam iuuenem infra latitudinem sue
complexionis multum variari ut quilibet
iuuenis minus calidus est se excitato etc. quam
secundum latitudinem sue complexionis ut de puero
temperato qui efficitur melancolicus respectu temperati
pueri ¶ 2o premitto quod calor naturalis multum
potest extingui ut prima fuit cuius(?) tamen ex
iuuentio(?) redducitur ad eam que est per simplicem
alteracionem ¶ Pro 3o notabili stat aliquid ad
esse acutius quia scilicet magis impressiuum quod
tamen non est intensius ut de ferro calefacto
respectu stuppe ardentis diuersitas contingit quam

ratione multitudinis forme 2o ratione dis-
positionis concrete caliditati ut siccitas est via(?)
caloris et non est causa effectiua sed dispositiua
sicut aliqua stella letatur moriente alibi(?)
non ¶ 8o nota licet ad aliquam resolutionem
sequatur caloris remissio non tamen ad quamlibet
immoracionem humidi moratur calor patet in lignis
inflamatis Item etiam quod ex varia impressione
caloris in materiam varia non conseruetur calor
nulla ut in rebus exterioribus patet ¶ 9o non
aliud est aliquam caliditatem esse intensiorem
et aliud est ipsam esse acutiorem et fortius
impressiuam patet hic ¶ Prima quo non seruata pa-
ritate in aliis possibile est iuuenem esse calidiorem
puero similiter econuerso immo adhuc senem patet
quo variata complexione naturali et aliis cir-
cumstantiis ¶ 2a quo est hec quod ceteris paribus
caliditas iuuenis non est gradualiter remissi-
or quam caliditas pueri probatur quia non oportet
iuuenis propter resolutionem humidi sed non est per quid
nouus iuuentutis(?) ista non aduenit extinguens
extrinsecum ut pono nec intrinsecum quia interim(?)
tunc augendo processit sic in aliquo tempore
sufficit se conseruare et augmentum facere
et in aliquo neutrum sed in aliquo alterum et
non augmentum sed tunc se in eodem gradu con-
seruat caloris etc. hoc argumento utitur A.
¶ 3a quo in iuuene ceteris paribus ex parte
complexionis et aliarum circumstantiarum caloris
mensuram variare potentium non est intensior
calor probatur quia primo non aduenit aliquis
extrinsecum nec remittens quia non est facta
tanta excitatio quando hec mensura hu-
midi(?) calorem conseruet nec intrinsecum quia idem
non mouet se sic quia datur tempus in quo duo
potest facere et quam neutrum sed quam unum
scilicet se conseruare in illo gradu ut supra etc.
¶ 4a quo isti calores sunt equales in radi-
ce id est in gradu intensiue quia nec inten-
sior nec remissior ¶ 5a quo calor iuuenis
est acutior sed magis impressiuus quia est in subiecto
magis denso ¶ Quantum ad 3m primus modus
est ymaginando subtilem spiritus perfluentes
a corde ad membra calidiores esse subtilem mem-
bris et quia hic ipse ad iuuentute per-
fectam est continue in iuuentute humidum suffi-
ciens ad conseruandum continue assistit membris
et membra sunt eius receptiua et in senio
resoluuntur spiritus in quo calefiunt membra
¶ 2us modus ponit elementa manere

in mixto formaliter. ¶ Tertius modus non ponit elementa manere in mixto formaliter sed ponit in eo virtutes quia solum actuales et virtuales qualitates in mixto derelictas ab elementis et quarta ponit hic ut supra dicebatur elementis in mixto formaliter manentibus etc. ¶ Ad argumenta principalia tenendo magis auctorum respondetur. Ad primum negatur antecedens Et ad probationem negatur quia spiritus vel calor agit in instrumentum ergo repatitur dato etiam quod recipiat instrumentum in partem spiritus non tamen in totam substantiam spiritus ¶ Ad secundum negatur ¶ Ad tertium dicitur quod illud corpus in principio senectutis non est statim melancolicum et non vult galienus quod illud corpus sit statim factum frigidum et siccum quia oporteret quod in consistentia calor esset notabiliter diminutus quod repugnat rationi etatis consistentie in principio senectutis bene incipit perdere caliditatem tanta non sic quod in principio senectutis immediate denominetur frigidum et siccum sed hoc virtus mediam senectute debet sic denominari et non datur primum instans senectutis ¶ Ad aliud quod est quartum dicitur quod non debet capi primum instans senectutis sed debet ultra in processu senectutis operari ¶ Ad quintum simile negatur antecedens salvatis paribus scilicet maior aliquando intenditur calor in iuventute una vice plus quam in alia aliquando minus una vice quam in alia ut quando expiramus tunc est calidior quam quando inspiramus Et ad confirmationem neganda est quia licet calor habeat dominium super aliquam partem adest tamen prohibens sic eum in eandem partem ageret continue et nichil resisteret verum esset ¶ Ad secundum quod impressit diminus dicitur concedendo deducto impetu sed supervenerint impedimenta ¶ Ad tertium quod calidiores sunt in iuventute humores negatur antecedens et dicitur quod cetera non minus calida est in puero licet ille iuvenis sit inflamabilior propter siccitatem sibi coniunctam ¶ Ad quartum quod evacuatur flemate et impletur calidis humoribus dicitur quod non sunt cetera paria vel dato quod iuvenis evacuetur infrigidante etc. dicitur quod in ipso minoratur spiritus et sanguis respectu eius quod primo erat pro maiori etc. dicitur quod non illa essent paria etc. sed in puero respectu sue molis plus est de spiritu et de sanguine ¶ Ad illud de operationibus iuventutis sic probatur quod calor temperati est fortior et spiritum temperatum esse calidiorem aliis ¶ Ad id de tactu dicitur quod calor iuvenis non est intensior sed acutior. Et ad instantiam dicitur quod non eque bene percipitur per se indicaret sed est cum auxilio intellectus concurrente quia adducam argumenta prima simul et gradus de complexionibus ¶ Ad aliud dicitur quod galienus voluit quantum ad actiones impressionis ¶ Ad auctoritatem dicitur quod sunt illius opinionis propter repugnare gradus vel dicitur quod actiones variant quantum ad impressionem sed non quantum ad gradum ¶ Ad secundum principale dicitur negando quia alia est habitudo caloris ad humidum conformiter membrorum et ad humidum radicalem ¶ Ad penultimam dicitur negando et siccior ergo frigidior quia licet sit siccior cum illa tamen siccitate potest conservari tanta mensura caloris quanta erat in pueritia licet sit in subiecto magis denso ¶ Ad ultimam dicitur negando quia alia est habitudo se habendi caloris in homine sene et alia in homine iuvene quia calidum iuvenis habet humidum magis proportionatum in quo fovetur

Ventres hieme et vere. Conclusio aphorismi est ista in hieme et vere plurimum est dandum de cibo ratio eius quod debetur maliis temporibus hec ergo probatur sic in hieme et vere ventres sunt calidissimi naturali calore et tunc est exhibendum plurimum de nutrimento quia tenet quia ubi est calor naturalis amplior ibi amplius competit de nutrimento aliis presupponit ypocras tamquam notum ¶ Primo nota quamvis hic simus ventris sumatur multipliciter hic sumitur in dicitur pro quadam concavitate naturali nostri corporis ¶ Secundo nota ventres calidissimos esse in hieme potest dupliciter intelligi primo intensive et sic non intelligit ypocras licet possit sustineri ut videbitur in questione; 2o potest intelligi esse calidissimos natura quia habentes maximam multitudinem caloris naturalis et spiritus propter quod dixit calidissimi sunt natura id est habentes maxime de calore naturali puta de spiritu et adhuc de sanguine et de calido temperata in ipsis existente et sub ipso isto sensu exponit galienus aphorismum et tunc ventres esse calidissimos potest intelligi extensive ¶ Tertio nota quod causa quare ventres in hieme sunt calidissimi est quia adveniente frigiditate hiemis constringuntur pori nostri corporis et calor et spiritus intus retinetur et prohibetur exalare propter quod interius fortificatur. Similiter quia contrarium a suo circundatu

ipse unius virtus quam unita fortior est se ipsa dispersa. Nota tamen quod doctores consueverunt aliam causam assignare que forte tangetur in questione. ¶ 3o nota quod causa quare in vere sunt ventres calidissimi est quia propter hiemem precedentem prohibita est caloris exalatio unde calor multiplicatus est ideo in vere etc. reperiuntur ventres calidissimi sed propter oppositas causas reperiuntur in estate et autumpno minus calidi. ¶ 4o nota quod dicit sompnum longissimum causa est multiplex primo quia sompnus saltem naturalis causatur ab evaporatione nutrimenti et quia contingit tales vapores multiplicari magis tempore hiemis et veris quam aliis temporibus quia pori protinus sunt magis clausi sed etc. 2a causa quia protinus noctes sunt longiores vel etc. quia a frigiditate noctis prohibetur dicta exalatio diutius durante frigiditate noctis diutius durat sompnus. 3a etc. causa quia frigiditas noctis iuvat frigiditatem cerebri ad magis condensandum et ingrossandum vapores qui magis ingrossati tardius resolvuntur et ita diutius durat sompnus ex quo statim videtur dementia ypocratis quod in sompnis melius perficitur digestio quam in alio tempore. ¶ 5o nota quod plures oblationes dande sunt tunc quia cibus debet proportionari calori etc. quia calor intus unitus facit maiorem resolutionem. ¶ Signum autem est probatio autem assumpti principalis huius afforismi scilicet quod ubi est calor plurimus etc. probatur ex eo quia etates calidiores ut pueritia et iuventus indigent pluri nutrimento quam frigidiores scilicet et athlete indigent pluri nutrimento quia sunt corpora calidiora. ¶ Primo nota quod corpora atletarum sunt corpora sanguinea carnosa multo utentia exercitio ideo talia multo indigent nutrimento. ¶ 2o nota quod ad veritatem afforismi requiruntur tres conditiones primo quod talia tempora servant proprias naturas puta quod hiemps non sit excessive frigida nec ver excessive calidum vel frigidum possibile enim esse in istis temporibus tantum distemperantiam quod non fortificaretur sed potius debilitaretur calor naturalis ab eis. 2a conditio est hec quod corpus non sit calore nimis debile aut nimis rarum sed sit calidum carnosum possibile enim esse raritatem tantam quod usque ad profundum faciliter transiret frigiditas hiemis similiter posset calidum esse ita debile quod a frigiditate hiemis non fortificaretur sed potius extingueretur. 3a conditio est hec

quod corpus debito utatur regimine puta indutus et aliis requisitis his enim conditionibus stantibus verificatur afforismus et ipsis deficientibus non. Et similis sententia habetur ab Avicenna 3o prima capitulo de curatione febricitantium et ab eodem primo 2a doctrina 2a 6o capitulo et ampliatur ad regiones etates sexus et artes etc. est utilis quia per ipsum docemur perfecte corpora dictare.

Humide diete omnibus febricitantibus. Prima quarti afforismus est hic quod febricitantibus competunt diete humide. Probatur sic quod predictas humidas removetur siccitas preter naturam inducta a febre sed tales competunt etc. quia nota et antecedens satis patet quia per febrem inducitur siccitas preter naturam que removetur per suum contrarium puta per predictam humectationem. ¶ Circa istam partem primo nota dieta potest dici humida tripliciter primo modo formaliter tantum 2o modo effective tantum 3o modo simul formaliter sive virtualiter et effective. Exemplum primi ut aqua decoctionis piperis esset dieta humida formaliter solum eo quod actu est fluida et humida non tamen effective humida cum eius effectus in corpore humano non est humectatio sed exsiccatio. Exemplum secundi sicut lactuca secundum psilium ... sicut lac etc. ¶ Ypocras intelligit 2o et 3o dietam humidam convenire febricitantibus. ¶ 2o nota quod dieta humida virtualiter dicitur dupliciter uno modo substantifice quia apta est ut ex eo generentur partes substantifice et sic pulli caro est humida 2a virtualiter et qualitative quia habet virtutem humectandi sed sicut hoc augendi humiditatem et sic lactuca humectat substantive quia augmentum facit in sanguine et humectat qualitative que dicitur humiditas etc. et de humida qualitative intelligit quia humida primo modo non removet febrem sed humida 2o modo. ¶ 3o nota quod predicta in proposito non solum intelligere debemus de dietam cibi et potus administratam sed etc. omnium aliarum rerum scilicet non naturalium et sunt hec dicta pro cibo et potu. ¶ 3o nota quod hec etc. debet intelligi de dieta humida humiditate non superflua et mala qualis est humiditas fungorum et huiusmodi. ¶ 4o nota quod Ypocras tria ponit propter que tacuisse dietas frigidas primo quia hec est per se notum cum dieta frigida per se et immediate contrariatur febri que est calor. 2a causa potest esse quia periculosius est frigida apponere quam humida quia talia non solum

febri s. ex calori naturali sunt contraria
ne minus fierent audaces in infrigidando. Ratio
causa potest esse quia simul hic voluit ypocras
tangere dietas que conveniunt febricitantibus
et pueris sanis et quia tales sunt humide
et non frigide ideo non fecit mentionem. ¶ 8° nota
quod in dictatione quandoque sumitur indicatio a
morbo et quandoque a causa. Ad propositum hic intel-
ligitur quo indicatione sumendo a morbo ideo
maxime febricitant ut 8° terapeutice. ¶ Maxima
proxime non pueris. ¶ 2a quo afforismi est hec pue-
ris maxime competunt diete humide probatur
quia per humidas dietas conservatur et restauratur
quod a puero resolvitur secundum rem quia nota et a'' patet
quia etas puerorum est etas humida. ¶ Primo no-
tandum quod quo potest habere duplicem intellectum primus est
quod maxime puerorum febricitantium diete de-
bent esse humide in comparatione ad dietas aliorum
febricitantium quia per dietam non solum est intentio
in removendo dispositionem preter naturam s. ex
in custodiendo naturalem similiter quia plus re-
solvuntur pueri a febre et iste intellectus non est
ad mentem galieni. 2us intellectus est quod puerorum
sanorum diete debent esse maxime humide
in comparatione ad dietas que competunt aliis
tales enim conformant etati puerorum conserva-
tio autem fit per conformia vel similia. ¶ 2° nota
quod li maxime potest construi cum li conferunt
et est sensus quod diete humide maxime pueris
respectu aliarum etatum prima expositio implicat mul-
tum conferre. ¶ 3° nota quod pro veritate conclusio-
nis oportet ponere cetera esse paria in aliis puta in
complexione et huiusmodi. ¶ Et aliis sic as-
suetis reficere. ¶ 3a quo afforismi est hec omnibus
consuetis uti regimine humido competunt diete
humide probatur sic quia consuetudo est altera na-
tura. Et autem naturale est conservandum et per
similia secundum rem. ¶ Et nota quod sicut quo precedens po-
test habere duplicem intellectum ita et ista. Et si-
milem sententiam huic totali habemus ab Avicenna
prima quarti capitulo de cibatione febricitantium
et aga° 8° terapeutice et 3° tractatu regimi et
similem ponit Rasis 16° continentis et est utilis
maxime practico quia docet recte dietare cor-
pora sumpta indicatione a re preter naturam
et etate et consuetudine et ampliatur ad omnem
egritudinem complexionalem quia cuilibet compe-
tit dieta contraria. ¶ Precedens sermo continuo
afforismi est ypocratis supra determinavit de qualitate
et ostendit primo quibus inveniuntur febricitantes

2° quod sanitas res est naturam. ¶ Nota quod causa
dicti est quod omnis res preter naturam indicat de
sui remotione hec autem remotio non fit nisi per
contrarium secundum rem // 2° nota quod dupliciter aliquid
potest dici alteri contrarium primo formaliter
ut calidum frigido et siccum humido 2° modo
virtualiter vel in effectu et de his habet verum
dictum galieni s. quod omnis res preter naturam
est removenda per contrarium primo vel 2° modo dictum.
¶ 3° nota talia contraria debent esse equa-
lia in gradu lapsu et effectu ut totum de lap-
su removeant vel sufficiant remotioni quod despo-
nit causa contraria. Per quod solvitur illud quod
argumentum quo conveniunt argumentum quod non fiat per equa-
lia nisi ad intellectum hunc alii dicunt quod ex con-
trario approximato et virtute fit, cum quo excee-
deus. ¶ Contrario naturalia vero quod omnis
res naturalis indicat de sui conservatione
conservatio autem non fit nisi per similia rem. ¶ 2°
nota quod sicut contraria quedam sunt talia for-
maliter rem ita similia quedam sunt talia actua-
liter vel formaliter et quedam virtualiter et sic est
sermo hic sicut ibi. ¶ 3° nota quod hoc capitulum con-
servationis quamvis proprie extendit se ad perser-
vationem per dietam in febribus probatur prima quo
afforismi febris est morbus calidus et siccus
secundum febri competit dieta humida quod tenet et
antecedens probatur quia febris nichil aliud est quam
calor naturalis factus igneus. ¶ Nota primo
quod febris non est morbus calidus et siccus for-
maliter sed proprie est morbus formaliter calidus
quia tamen calor febrilis natus est associare
siccitatem preter naturam ideo dicitur morbus cali-
dus et siccus calidus s. formaliter et siccus
effective. ¶ 2° nota 2um quosdam licet febris
dicatur morbus siccus non tamen cuilibet febri as-
sociatur siccitas egritudinalis quia in primo in-
stanti sequente neutralitate est febris non tamen
tunc est siccitas egritudinalis dicunt tamen
quod ex probabilius teneri potest quod ad omnem febri-
lem calorem sequitur egritudinalis siccitas proportio-
nata s. quod sicut ad calorem febrilem nata est sequi egri-
tudinalis siccitas ita ad neutram neutra unde
sicut erit inducta caliditas neutra ita et siccitas
neutra et simul incipiet egritudinalis cali-
ditas egritudinalis siccitas. ¶ Contra quam
tamen ymaginationem occurrunt plura motiva
primum quod potest esse lapsus in tanto lapso natali
in extremo intensiori latitudinis humiditatis
sue naturalis ita quod si ulterius intendatur in eo

hunditas et

humiditas erit in eo quam naturam et cum hec sit
in extremo intensiori caliditatis sibi naturalis
ultra quam si transeat erit preter naturam
calidus et occurrat sibi causa calefaciens
et patet quia immediate post hec ipse erit preter
naturam calidus et non immediate post hoc
ipse erit preter naturam siccus secundum minima latitudine
sue humiditatis ¶ 2m est quod sortes sit lapsus
in humido tantum humiditate preter naturam et
patet quia sortes erit febriens sortes quam egri
tudinaliter siccus / 3m simul cum calore preter
naturam occurrente sorti occurrat ei humec
tans et patet quod tardius inducetur siccitas quam
caliditas in ceteris paribus hec responsio
tamquam non vera dicendo quod necessario cum
calore egritudinali associatur siccitas egri
tudinalis ¶ Et si arguitur non cuilibet febrienti com
petit dieta humida dicendum quod est concedendum
secundum tamen semper febris in eo quod febris est indicat
de humectantibus eo quod 2m quod febris resolu
tiva et exsiccativa est quamvis tamen a causa
impediente non necessario preter naturalis conve
¶ Oportet cum naturam custodire. Nota naturalis
dispositio non est removenda totum patet
et est probatio 2e conclusionis et 3e conclusionis
afforismi ut patet ¶ Circa [illegible] in ydropicis
Nota per morbos simplices intelligit omnem
morbum non coniunctum alteri morbo cause vel
accidenti trahenti ad se curam et ergo per
morbum esse compositum ¶ 2o nota quod pleure
tici indigent medicina exsiccante et pti
sici humectante secundum ydropico febrienti de
betur medicina composita ex equalibus vel in
equalibus ¶ 3o nota quod quando plures morbi
complicantur simul quorum unus est causa
alterius et tunc ut plurimum incipitur cura a mor
bo qui est causa licet in pluribus casibus fallat
ut quando morbus sequens esset molestior
aut quando impediret curam precedentis
ut in ruptura sifac prius incipimus ad reddu
cendum intestina retro postea suimus sifac
ergo etc. ¶ 4o nota quod unus morbus potest
dici alio maior tripliciter primo quia in se et es
sentia sua 2o ratione dignitatis lese actionis
3o ratione virtutis dispensantis ut est situs
cordis

Queritur utrum humide diete et frigide
competant omnibus febricitantibus
Arguitur multipliciter quod non primo sic fe
bricitantibus flematice non competunt
diete humide ergo etc. Antecedens nota et arguitur probatur
primo quia diete humide augent materiam morbi
et ex consequenti morbum ¶ 2o quod Avicenna
in 2a primi quarti in cura flematice prohibet
approximari que humectant et frigidant et humec
tant et precepit exhiberi vinum cum cimino
et origano et in capitulo de cura emitritei pre
cepit exhiberi piper ergo etc. ¶ 3o in cura ef
fimere facte per obstructionem pororum non com
petunt humectantia eo quod talia augent oppi
lationem et consequenter morbum ergo etc. quia non et
arguitur Avicenna prima quarti capitulo de effimera fac
ta a frigiditate aeris oppilante ¶ 4o in febribus
sincopalibus approximantur aromatica et pesti
lentibus quia summa curationis earum est ex
siccatio secundum notum est quod talia non sunt humectantia
ergo etc. ¶ 5o si humide diete etc. hoc maxime
foret quia res preter naturam indicat de
eius remotione per suum contrarium secundum arguitur
quod non quia tunc in febre quartana et cotti
diana deberet dieta esse frigida quod est inconveniens
frigida enim dieta incrudat et ingrossat
materiam et prohibet eius resolutionem et
digestionem. Item tunc pueri febrientes com
peterent frigida quod est falsum quia per talia non
conservatur sed removetur dispositio naturalis
pueri hec autem est contra rectam intentionem medici
cuius principalis intentio est conservare et
non minuere quod naturale est ¶ 7o tunc coleri
ci febricitantes deberent approximari humida quod
est falsum quia talia non conservant naturalem dispositionem
colerici et quia de se patet ¶ In oppositum est primo
[illegible] afforismi In questione primittam primo ali
quas distinctiones 2o conclusiones ¶ Quan
tum ad primum prima distinctio est ista febrium que
dam sunt materiales quedam immateriales que sit sunt
istarum patet ¶ 2a distinctio est quod quandoque
febris materialis et eius materia conveniunt in qua
litate quandoque contrariantur exemplum primi ut febris
tertiana cuius materia est calida convenit in denominatione
cum febre quia utraque calida est [illegible] et materia
exemplum 2i sicut quia et flematica quarum materia
est frigida ¶ 3a distinctio quod in cura febrium
quandoque sumitur indicatio a causa quandoque
ab egritudine quandoque a virtute et quandoque ab ac
cidente exemplum primi ut in flematica et quia
in cura earum istarum sunt intentio nostra
ad intendimus cum digestivis flematis vel
melancolie exemplum 2i ut in ethica in febre
intensiva quando solum intendimus ad exsiccationem

caloris preter naturam qui est febris Exemplum 2m
ut in sincopalibus et pestilencialibus in quibus
virtus multum prosternitur relinquimus curam
quasi morbum et intendimus virtuti Exemplum 3m
ut in febre colerica cum tamen accidens asso
ciatur instancia vigiliarum nimia intendimus curam
cum opiatis et somniferis ¶ Prima conclusio sumen-
do indicacionem a virtute in febribus materialibus
non necessario competunt humida neque frigida
patet quia stante virtutis prostracione inten
dimus curam confortantibus cor et virtutem puta
cum vino fumacino(?) et huiusmodi que non ne
cessario sunt frigida vel humida et cetera ¶ 2a conclusio
est hoc quod semper in predictis febribus sumendo
indicacionem a morbo competunt frigida et
humida patet quia cum talis febris sit morbus
calidus assotians vel natus secundum associare
siccitatem egritudinalem competunt frigida
et humida ex quo sequitur quod in cura talium semper
oportet primo respicere utrum virtus sit constans vel
non quia si non constet intendendum est virtuti etiam
cum hiis que nata sunt egritudinem augere
Si autem virtus constet intendendum est cum con
trariis egritudini ¶ 3a conclusio est quod in febribus
materialibus in quibus causa et febris in qualitatibus
conveniunt sumendo indicacionem a causa com
petunt humida et frigida patet quia causa ta
lium est calida et sicca materia que digeritur
per frigida et humida et cetera Ex quo sequitur quod
hec eadem competunt dicte in istis sumendo indi
cacionem a morbo et a causa morbi ¶ 4a conclusio
est quod in febribus materialibus in quibus non conveniunt cau
sa et febris in qualitatibus non necessario sumen
do indicacionem a causa morbi competunt frigida
vel humida patet quia talia sunt contraria cause
egritudinis et sumendo indicacionem a causa
illa non competunt sed tenet quia cum causa
sit res preter naturam indicat de sui remocione
per contraria et ante satis patet ex dictis Ex quibus
colligitur quod in huiusmodi febribus vel intencio ad
causam est maior quam intencio ad febrem et sic
intendendum est cause cum contrariis et non
necessario morbo vel intencio ad morbum vel febris
est maior et sic intendendum est febri cum contrariis
febri et non necessario cause sine materia ¶ Sed contra
hoc insurgunt duo dubia primo quia ex quo
intencio ad causam potest esse maior quam
intencio ad febrem et potest esse minor ergo potest
esse equalis ponatur ergo quod intencio sit equalis
et queritur qualiter sit intendendum in cura

quia si cum contrariis fiat augetur morbus
si ex opposito augetur causa ¶ 2m dubium est hoc
quia non videtur quod aliquando potest esse contrarie-
tas cause ad morbum vel febrem sicut cum
idem foret ipse causa sui contrarii sicut quando
caliditas febrilis materialis immediate dependet
a caliditate humorum et humor faciens febrem
est calidus et per consequens non contrarius febri ¶ Ad
hec duo respondetur et primo ad primum dicitur a quibus-
dam quod casus est impossibilis sed oppositum modo est adducere
argumentum tactum quia potest esse minor et potest
esse maior ergo equalis forte diceretur quod non potest
esse equalis in opere quia non simul potest me
dicus intendere ad utrumque ¶ Contra primo
idem argumentum adducitur quod sicut quia potest esse in-
tencio in opere maior ad causam quam ad febrem
et potest esse minor sic potest in operacione esse equa-
lis sicut non unus potest medicus simul intendere
morbo et cause contrariis quam duobus morbis
contrariis sed 2m potest ut Galienus in ingenio igitur
et primum et cetera probatur Aliter respondetur quod simul
unus(?) cum intenditur utrique scilicet morbo et cause
et hoc cum medicina media medium cum habente
contrarietatem ad utrumque ex eo modo et cetera simul dige
reret materiam et remitteret morbum Contra tunc
quantumcumque intenciones fuerint inequales in
tendendum foret cum media media sicut cum prius(?)
omnis cura fieret per quantum equalia in gradu
dicitur ad primum concedendo et cetera nisi tantum trahat
ad se curam quod ex toto dimittatur intencio ad
morbum et econverso Quid autem sit dicendum ad
aliud patet ex hiis que dicta sunt contra quoniam
cum exponebatur ista proposicio quod omnis cura
sit per contraria equalia in gradu ¶ Pro 2o
dubio nota quod febri flematice correspondet
duplex causa scilicet coniuncta et antecedens non putes
quod hora febris omnis pars flematis putrescat
sed sola coniuncta est putrescens et subactu pu
tredinis et hec non cum dicitur quod causa alicuius est
febris non communicat cum febre intelligitur de antecedente
et non de coniuncta quia ipsa communicat cum febre
in denominacione quia calefit materia et febris
est etiam calor ¶ Ad 2m dubium dicitur quod licet ne
cessario causa coniuncta febris sit similis febri
puta materia que est subactu putredinis non tamen
necessario antecedens cum maxime debetur digestio
¶ 3a conclusio est hec quod sumendo indicacionem
ab accidente consequente febrem non necessario
competunt frigida et humida patet de febricitante
intendamus cum frigidis et humidis sumpta

indicatione ab accidente ut in febriente co-
lerico cum instantia vigiliarum intendimus cum
somniferis que sunt contra febrem ¶ Tamen conclusio
est quod sumendo indicationem a virtute non neces-
sario intendimus cum frigidis et humidis patet
quia intendimus cum calefacientibus et cum re-
staurantibus etc. Ex quibus colligitur quod in huius-
modi febribus vel intensio ad virtutem est maior
quam intentio ad febrem vel econverso per primum intendimus
virtuti et relinquimus morbum per secundum econverso Et si
ponatur quod intensiones sint equales dicendum est
sicut superius dictum est ¶ Ad argumenta ad
primum dicitur quod non competunt indicatione sumpta
a materia sed bene ut febres sunt sed indicatio a
materia prevalet ¶ Ad secundum non intelligit substan-
tificam vel qualitativam humectationem sed indicat
de evacuatione ¶ Ad tertium negatur primo com-
petunt indicatione sumpta a morbo morbus
enim indicat subtractionem cibi ut interemens
sed non ut alterativus primo bene ut alterativa
est ratione febris ¶ Ad quartum intelligit de illis
quibus debentur etc.

Queritur utrum contrariis morbis com-
plicatis competant medicine ex con-
trariis composite vel potest ista questio
sic proponi utrum in cura contrariarum
egritudinum complicatarum competat medicina ex con-
trariis composita ¶ Ad partem negativam ar-
guitur primo quia dum componuntur contrarie medi-
cine sue qualitates refringuntur et ad medium
reducuntur que sic refracte non possunt com-
petere contra contraria ut videtur ¶ Confirmatur
quia curatio debet fieri per contraria equalia in
gradu 3° tertius sed ipse sic refracte non sunt
equales ¶ 2° arguitur nec reducte nec non re-
ducte ad unam formam competunt ergo etc.
Quantum arguitur primo de non reductis quia tunc
idem esset per se contrariorum corruptivum et simul
productivum quod non est rationale nec secundum quia tunc
discrasie calide occurreret medicina calida et
frigide frigida et sic de aliis forte dices non
occurreret quia unusquisque non attrahit nisi sibi con-
venientem et proportionatam medicinam ¶ Con-
tra calida non obessent epati calido quia ipsa
non attrahit ... sicut in mala complexione infirm-
do stomachi calida et in mala stomachi frigida
et detur medicina composita ex calido et
frigido Et patet similiter in ... frigido ...
sicut ... et forte diceres Et si ponatur medicinas
calidas esse facile evaporabiles separantur magis

nocumentum ori stomachi ¶ 3° vel iste medicine
essent equipotentes vel inequipotentes si primum
utraque alteram impediet si secundum non erit corruptiva
morborum contrariorum ¶ Ad oppositum est quasi magis
et ex temperantia ¶ In questione primo premittam
preambula 2° quesitum de quesito ¶ Quantum ad
primum sit hoc primum notabile quod morbi dicuntur com-
plicari vel quia unus sit causa alterius ut
apostema epatis est causa febris Alio modo quia
morbi contrarie in eodem reperiuntur sicut ydropsis
aquosa reperitur cum febre ¶ Pro primo articulo
sit hec prima distinctio medicinarum compositarum
quedam sunt reducte ad unam formam et quedam
non Secundum primum ut tyriaca fermentata et plures
medicine que quotidie fiunt Secunda distinctione
insurgit hec alia medium est duplex inter contraria
scilicet quoddam per participationem quoddam non per negationem
primum est participans formaliter contrariis secundum
est non participans formaliter sed virtualiter Secundum
primum ut complexio medicine composite non
reducte Secundum secundum sicut complexio medicine
reducte ad aliam formam in qua remanet virtus
contrariorum et non quod tepidum dicitur medium per partici-
pationem quia participat contrariis quia non est ita
calidum sicut res actu calida nec ita frigidum
sicut res actu frigida ¶ Prima suppositio tam
medii per participationem quam medii per abnegationem
ad utraque extremorum est contrarietas patet quia me-
dium per participationem utraque contrariorum formaliter
participat per abnegationem autem virtualiter etc.
quia videtur nota cum ante ¶ 2a suppositio quod
complexio tam per abnegationem media quam per parti-
cipationem est alterativa et corruptiva utriusque
extremorum patet quia ad utraque ipsorum habet
contrarietatem etc. licet tamen non formaliter
quod media per abnegationem includat contraria virtute
quia tamen in ea relinquuntur utriusque ipsorum
virtus ipsa est etc. ¶ Secundo sequitur primo
eandem qualitatem esse per se utriusque contrariorum
corruptivam similiter utriusque ipsorum per se productivam
apud tenentes omnem complexionem humanam
aut in mixto esse qualitatem simplicem etc. per
hoc Et ex hoc ulterius patet hanc quam non
valere a est per se productivum caliditatis
non est ipsius corruptivum nec contra et plura alia
sequuntur ex hiis ¶ 3a suppositio est quod non est
possibile idem membrum adequate a temperato
preter labi lapsibus contrariis sed quibusque con-
trariorum simul intensionem vel remissionem ultra
vel citra temperamentum patet quia sicut ... contrariorum

intendit ita remittit alterum ut in phia investigatum est. ¶ Tertia suppositio est hec quod quamvis naturale est membro [illegible] nutrimentum sibi proportionatum attrahere sibi disconveniens aut vel disproporcionatum sibi relinquere vel expellere tam naturale est eidem a naturali suo temperamento remoto sibi proporcionalem medicinam pro remocione lapsus attrahere sibi non disconvenientem relinquere vel expellere patet hec suppositio quia quamvis naturale est membro naturaliter se habenti in sua naturali disposicione se ipsum conservare tam naturale est eidem alterato ad eandem reduci ut res ¶ Et colligitur hec suppositio a Serapione [illegible] sui breviarii capitulo 7 ubi ponit appetitum membri alterati esse ad contrarium illorum ad que erat ante alteracionem et [illegible] 7° cap. ad [illegible] et [illegible] ubi supra et 2° tegni de stomacho determinat ad hoc 2um quod contraria vel similia corrumpi[illegible]
¶ Quantum ad 2um articulum sit hec prima distinctio sive questio per medicinam compositam ex contrariis resultantem non ad unam formam reductam possibile est contrarios morbos complicatos removeri probatur sic hinc quidem ad quelibet illorum est contrarietas [illegible] ipsa debite applicata potest utrumque illorum removere quia videtur nota [illegible] ex dictis patet scilicet per primam suppositionem [illegible] gratia exemplificata de mala complexione frigida stomaci et calida epatis et ostendit quomodo hoc fiet ¶ Et si arguitur contra quia in tali alteracione virtus est agens mere naturaliter attrahibilis est una medicina sicut alia et approximatio equalis [illegible] non plus unam quam reliquam attrahet ¶ Similiter 2° quia videretur virtute agere cum cognitione attrahere eum hoc et illud distincte et equo stante approximacione eadem videtur [illegible] virtutis cognoscitive [illegible] ¶ Ad primum istorum dicitur quod non ita attrahibilis est una istarum medicinarum a virtute sicut alia sicut sanguinem laudabilem et nocivum membro equaliter approximato non equaliter attrahibilis est nocivus racione disconveniencie et hec causa est tacta quia sic inclinatur membrum hoc attrahere hoc quod non illud sicut [illegible] os et [illegible] sanguinem grossum magis cadit convenientia
¶ Ex quo sequitur [illegible] tali accioni convenire acciones a forma specifica [illegible] eum attraccionem sic hinc quod non illius non possumus in solas qualitates manifestas reducere ut patet intellectum
¶ Pro 2° non dicendum quod membrum attraheret hoc [illegible] illud et hoc relinquere non arguit ipsum ex deliberacione sua producere accionem hoc enim in mere naturalibus agentibus videmus quia [illegible] aer enim subsistens [illegible] naturaliter [illegible] ascendere superveniens autem levior descendere et tepidum calidum infrigidat et frigidum calefacit et sic de aliis que non contingunt nisi propter agens mere naturale cum aliis et aliis circumstanciis aliter et aliter inclinari et sic de membro dicendum est ¶ Sicut membra intrinsece nullo modo variatur et [illegible] approximato et non variato nunc promoveretur ad attrahendum hoc nunc illud diceret bene arguens istam attraccionem esse deliberativam ¶ 2a questio est per medicinam compositam ex contrariis et ad unam formam reductis possibile est morbos contrarios removeri probatur auctoritate Avicenne 7° colliget [illegible] quia ad utrumque habet contrarietatem quia [illegible] viget virtus componencium [illegible] ¶ Corollarium non quidquid est unius contrarii corruptivum est alterius conservativum
¶ 2um corollarium non quecunque contraria in 3° sunt inter se similia et plura alia sequuntur ex hiis ¶ 3a questio responsiva egritudinibus contrariis complicatis competit medicina composita ex contrariis medicinis tam reductis quam non reductis patet quia aliqua et [illegible] [illegible] ¶ Item quelibet istarum a natura debite regulata potest removere morbum [illegible] quia est nota cum ante ¶ Ad argumenta principalia ¶ Ad primum dicitur quod illis contrariis complicatis adhuc possunt corrumpere formas contrarias ex [illegible] virtute diversorum et ipsis [illegible] agentibus ¶ Ad confirmacionem dicitur quod non oportet [illegible] contraria equalia in gradu formaliter sed sufficit in effectu vel virtualiter ¶ Et si arguitur quod semper deberemus medicinam mediam approximare et egritudine existente simplici negatur quia [illegible] nec equaliter fit cum media sit ¶ Ad 2um dicitur negando assumptum ¶ Et cum dicitur decernitur patet in [illegible] et cum arguitur de non reductis quia hec talia non interirent epati calefacto negatur quia et dicitur quod licet epar illud calidum forte non attraheret illud forte ex se moveretur ad epar sicut [illegible] ad cor et [illegible] ad pectus et [illegible] ad epar [illegible] unde auctores docent medicinas ad membra respectus habentes in cura interiorum permiscere [illegible] quia permiscet sanguini et humoribus [illegible] ad epar ¶ Et per idem ad confirmacionem

licet enim fundo stomaci occurrat medicina frigida sicut calida ad partes tamen intrinsecas attrahetur calida sic quod non frigida vel saltem non equaliter ut supra de nutrimento dictum ¶ Ad 2m patet quod sive cum potenciis adequatis sive non possint effectum suum producere nec una impedit alterius operacionem cum non habeat agere in eandem partem adequate ¶ Et si arguitur contra quia in apetito intenso vel acute febricitante similiter videtur mala complexio in epate et similiter frigida ut patet quia generat secundum illam sanguinem crudum aquosum / vide responsionem super prima quarti in questionibus nam ibi ample habetur / Sed primum argumentum tactum post oppositum videbatur concludi quod ab eadem medicina in eadem parte adequate possunt produci passus contrarii sive alteraciones contrarie puta a tyriaca non fermentata stupor et calefactio vel sensibilitas membri sencientis potest autem diminui sensibilitas membri tam a calido quam a frigido disproporcionato ad sensacionem sicut quamvis concedimus et ponitur ab Avicenna 2o canonis quod folia piretri stupefaciunt quamvis tamen ipsum sit calidum et experimento patet quod zinziber piper eciam in ore positum sub lingua stupefacit tactum lingue et hoc non facit nisi alterando linguam qualitate disproporcionata sensacioni tactus que qualitas ut notum est non est frigiditas sed pocius caliditas / Sic in proposito ymaginandum est de tyriaca non fermentata que non reducta est ad unam complexionem mediam nobis quovismodo convenientem / Alterat ipsa membrum cui occurrit qualitate que non est frigiditas sed caliditas disproporcionata tactui racione cuius diminuit operacionem sensitivam tactus et sic dicitur stupefacere de filonio autem qualiter sompnum inducat possit eodem modo dici / Sicut enim tactus requirit debitam mensuram racione ita sensus alii quorum spiritus et organa contingit alterari a filonio qualitate disproporcionata vigilie et sensacioni sensuum exteriorum unde inducitur sompnus / Sed de hoc plus alibi / Preterea a quibus sumitur indicacio non solum sufficit scire de cibacione sed eciam oportet scire quociens

A quibus semel aut bis / Prima conclusio huius afforismi est hec quod ab illis a quibus sumitur indicacio de ordinanda dieta debet sumi indicacio semel aut bis aut amplius aut minus cibando ut sit sensus conclusionis quod a predictis debet sumi indicacio de numero cibacionum maiori sive minori probatur a commentatore sic non sufficit a predictis indicacionem sumere de quantitate et qualitate cibi nisi eciam hoc sciatur quociens tantus vel talis cibus sit offerendus igitur 2a vera quia una et alia parte de se stante enim virtute debili necesse est cibum sepius offerre quam ipsa consistente forti ceteris paribus et econverso stante virtute forti oportet plus et rarius offerre igitur etc. ¶ Circa istam conclusionem notandum primo quod ea a quibus sumitur indicacio ordinis diete quedam sunt a quibus sumitur primarie quedam sunt a quibus sumitur secundario Exemplum primi ut virtus et morbus. Exemplum secundi ut regio etas et consuetudo. Et dicuntur prima duo primo indicare quia ab ipsis immediate sumitur predicta indicacio alia vero secundario quia non indicant nisi mediate scilicet mediante virtute et morbo / Exempli gracia etas puerorum non indicat super frequenti exhibicione cibi nisi pro quanto indicat virtutem non posse tollerare longo tempore dissolucionem que fit nisi exhibeatur nutrimentum / Similiter regio tempus anni et consuetudo etc. arguunt morbum longum vel brevem multorum vel paucorum accidencium hec etc. mediante morbo indicant

¶ 2o nota quod licet virtus et morbus dicantur magis principaliter indicare principalius tamen indicat virtus quam morbus ut intuenti patet

¶ 3o nota quod illa pars aut amplius aut minus id est plures quam semel aut bis ita quod hoc solum tangat numerum cibacionum / Aliter aut amplius id est quantitate maiori aut minus id est minori ut solum tangat tamen quantitatem contra quam diversitatem cibacionum et secundum hunc intellectum exponit distinxit commentator afforismum ¶ 4o nota quod presens afforismus differt a precedentibus ubi loquebatur etc. de ordinacione diete in corporibus egrorum quia ubi docebat ordinare dietam supra indicacione a morbo sumpta quod extremis vel acutis hic autem docet ipsam ordinare supra indicacione a virtute ut quantitate qualitate sue cause et accidentibus ipsum sequentibus ut patebit in commento et a virtutis fortitudine vel debilitate in comparacione ad morbum sic consideratum causas et accidencia ¶ Sciendum non est aliquid ¶ 2a conclusio principalis est hec quod ab etate regione et tempore anni consuetudine

pertinent sunt indicativa de dieta offerenda
probatur sic secundum variationem quia istorum varietate
variatur ordo diete igitur ab hiis sumenda est in
dicatio quia nota et antecedens probatur patet distin
guendo aliter sumitur enim dieta in estate et aliter
in hieme aliter in regione septentrionali et
aliter in meridionali aliter in puericia et aliter in
iuventute et sic de aliis ut patet ex illo ventres
hieme et vere calidissimi natura et senes facillime ferunt igitur
etc. ¶ Et similiter sumatur huius totalis sententie
afforismi pro aliis quam primi capituli de cibatione
febricitantium et est utilis quia docet ordinare
dietam non tam dicto et amplius tam ad dis
positiones universales quam particulares ¶ Primo
nota quod ista littera ante secundam partem conside
rationem facit introducitur primo ut sit sensus quod
secundam partem id est particulariter tempus morbi
oportet sumere indicationem etc. et non solum secundum
tempora alia ¶ Aliter et melius exponitur quod non
quod per virtute et morbum indicatur de modo ciba
tionum ut virtute debili pluries est dandus
cibus quam forti non tamen secundum hec indicantur
determinatus modus cibationum deinde si medicus
consideret etatem tempus et regionem magis
distincte et determinate cognoscet modum ciban
di ¶ Secundo exponit secundam partem quia talia scilicet
regio tempus etc. sunt partialia indicantia
et non totalia sicut virtus et morbus quibus
potest superaddere ¶ Sed contra afforismum istum
arguitur primo a morbo non sumitur indicatio de
cibo offerendo sed solum subtrahendo igitur etc.
quia nota et antecedens probatur quia morbus indicat
de sui remotione oblatio autem cibi augmentat
morbum quia scilicet materiam morbi ¶ Secundo arguitur
quod non a virtute quia vel a virtute debili vel forti
non primum quia tunc esset semper raro exhiben
dum nec secundum quia tunc semper frequenter foret
exhibendum ¶ Ad primum dicitur quod licet morbus
quantum est de se indicat de subtractione sed
tamen magis et minus quia considerat in com
paratione ad virtutem ¶ Ad secundum dicitur quod licet sic a
virtutis fortitudine et quam a debilitate
in commento patet exposito usque ibi ¶ Si virtus
infirmi debilis sit ponit conclusiones prima
quod est si virtus infirmi fuit debilis et qualita
tas corporis mutata et corrupta parum et
sepe est exhibendum de cibo ¶ Quoniam humorum
et corporum corruptorum restauratio debet
fieri cum temperamento ¶ Conclusio probatur sic
quia virtute existente debili ipsa modicum sufficit
in unitate igitur parum sed corpore extenuato in
diget magna refectione et per consequens sepe ¶ Corre
larium patet quia humores corrupti indigent red
duci ad benignitatem aut evacuari igitur oportet incedere
cum alterantibus vel evacuantibus sed virtus
est debilis que excessus non tolleraret igitur
oportet fieri cum hiis que mediocriter evacuant
vel alterant ¶ Contra istam conclusionem arguitur primo
hec corpora sunt non pura sed non pura corpora
quanto magis nutries tanto magis ledes igitur
¶ Secundo tunc competit evacuatio igitur non refectio
Ad primum dicitur quod non pura quanto magis nutries
ultra convenientem et irregularem nutricationem
magis ledes et non aliter ¶ Ad secundum negatur quia
quia aliter competit evacuatio et aliter refectio
¶ Similiter si virtus defecta ¶ Secunda quod vir
tute existente debili et habundantibus humoribus
non corruptis et corpore non extenuato parum
et raro est exhibendum de cibo ¶ Nota quod
debilitas in isto casu est alia a debilitate
contingente in casu precedentis conclusionis
quia illa erat debilitas per inanitionem et ista
per aggravationem ¶ Et hec probatur quia in casu isto
virtus est gravata in humoribus multis non
corruptis potentibus restaurare igitur parum etc.
quia nota et antecedens patet quia plurimum aut
frequenter cibi exhibitio magis gravaret
et debilitaret virtus ¶ Contra istam conclusionem
arguitur primo non stat virtus debilis cum quan
titate multa humorum laudabilium igitur etc. antecedens probatur
quia debilis virtus non sufficit ipsos regulare
in res ¶ Secundo stante virtutis debilitate calor natura
lis est debilis igitur imperficitur digestio et humorum
generatio igitur non sunt laudabiles ¶ Tertio in tali
nichil est exhibendum igitur etc. antecedens probatur quod
per exhibitionem augetur humorum quantitas.
¶ Ad primum dicitur quod verum est quod non stat humorum
perfecta laudabilitas cum virtute debili nec
illud volunt quamvis tamen cum virtute debili stat
dispositio humorum per quam sunt ad benignitatem
reducibiles et hec sufficit ¶ Ad secundum dicitur
similiter ¶ Ad tertium patuit quid sit dicendum in
illo superaddentibus ad summum ¶ Tertia quod virtute
existente forti et humoribus multis et bonis
competit raro et parum probatur ut patet (con
tra tunc eodem modo fieret ordinanda dieta
virtute existente forti et debili existente id concedit
¶ In virtute existente forti et corpore corrupto
¶ Quarta quod virtute forti et corpore corrupto
et extenuato multum et multotiens est [illegible]

hibendum de cibo probatur primo quod multum
quia virtus multum sufficit continuare et mul
tociens quia indiget frequenti restauratione
et intelligitur quando ubi sit fortis indicato ad
oppositum puta paroxismus vel aliud huiusmodi ¶ Contra
istam conclusionem non stat fortitudo virtutis nisi ex
tenuacione corporis primo quia nota et contra patet
quia cum extenuacio significet impotentiam
et debilitatem virtutis sic humorum corrupcio
hoc idem significat sic extenuacio est propter
diminucionem humidi membri ¶ Ad hoc respon
detur quod non dicitur virtus absolute fortis sed
vel respectu morbi super quo obtinuit vel
respectu cibi consumendi ¶ Secundo virtus fortis
¶ Quarta questio est hec virtute forti et peccato in
sola habundancia parum et raro est exhiben
dum cibum licet sit virtus fortis potens mul
tum continuare repleccio tamen indicat ut non
multum offeratur ¶ Correlarium cibus est da
dus multus vel paucus sepe vel raro secundum
quantitatem vel qualitatem morbi et virtutis
dicitur in quo differt ista quarta a tercia dicitur quod differt
quia hec non ponit esse humorum corrupcionem
sed in mediocrem tamen sequens patet ¶

Estate et autumpno cibos etc. ¶ Ista
quarta huius afforismi est quod in estate
et autumpno minimum de cibo est
exhibendum corporibus egrota
tibus in comparacione ad alia tempora probatur
sic tempore estatis et tempore autumpni cor
pora difficillime ferunt cibos ergo de cibo minus
est exhibendum corporibus egrotantibus
in comparacione ad alia tempora probatur sic
tempore estatis et tempore autumpni corpora
difficillime ferunt etc. est quia tunc calor in
naturalis est valde debilis quia magis resolutus
et minus unitus circa partes interiores et per
quas circa partes in quibus perficitur digestio
non minorem quantitatem alimenti sufficit
consumere ¶ Secundo nota quod in autumpno virtus
et calor naturalis est valde debilis primo quia tunc
resolucio facta in estate precessit a qua non
est corpus relevatum immo debilitatum secundo quia
si qualitates istius temporis non sunt in gra
du multum excessive nobis tamen et cor
poribus egrorum valde disproporcionate oc
currunt cum sit difformitas magna inter
partes diei autumpnalis secundum calorem et fri
gus ut docet experimentum quia modo movemur
ad forte frigus ut in matutinis et meridi

es est estivalis etc. Secundo natura non tolleat
huiusmodi subitas mutaciones sine nocumen
to ¶ hoc accidit propter aeris raritatem recipientis
varias impressiones ut secunda primi et in tegni
vel plus debilitatur virtus et calor ex hoc dis
proporcionato occursu sicut ex inmoderata intensa
sa caliditate estatis ¶ Tercio nota quod difficultas
tolerancie ciborum potest sumi aut ex difficili
consumptione ipsorum et conversione in nutri
mentum laudabile aut ex nocumento sequente
quantitatem nimiam exhibitam est ¶ Ad propositum
utroque modo corpora egrotancium difficillime
ferunt cibos estate et autumpno primo quia
difficile permutantur secundo quia male permutati con
vertuntur ad superfluitates que postea sunt
materia egritudinum ¶ Quarto nota quod minus est dandum
in estate et autumpno debet intelligi secundum quantitatem
quantum tantum ¶ Hyeme vero melius ¶ Quinta questio
afforismi quod tempore yemis plus est egrota
tibus de cibo exhibendum quam aliis tempo
ribus probatur quia illo tempore facillime ferunt
cibos corpora ergo etc. quia nota et contra patet quia
tunc calor est forcior et magis multiplicatus et
intensus circa membra in quibus fit digestio
magis unita ergo tunc perfectius sufficit consume
re continuare et maiorem quantitatem cibus igitur
etc. ¶ Primo nota facilitas tolerancie ciborum
sumitur aut ex faciliori consumptione cibi aut
privatione nocumenti sequentis quantitatem
cibi nimiam et utroque modo yeme corpora cibos
facillime tollerant primo quia facillime tunc
cibus consumitur propter fortitudinem caloris
¶ Secundo quia tunc nimia eius quantitas minus
nocet ¶ Tercio nota quod hec questio precedens debet
intelligi in corporibus habentibus calorem fortem
qui non debilitatur a frigiditate yemis sed po
cius fortificatur ut declaratum fuit in illo
ventres yeme et vere ¶ Quarto nota quod oportet
ad veritatem istius questionis et precedentis sup
ponere cetera paria in naturali complexione
et egritudine et huiusmodi alias enim foret
questio necessaria ¶ Vere quoque secundo i. post yeme
¶ Nota quod in tempore veris calor cibum di
gerens medio modo se habet ad se ipsum inter tempus
yemis et estatis tam in multitudine quam
in fortitudine eius tempore enim yemis calor
est plurimus et in estate minimus in vere autem
medio modo quia non dum advenit sibi resolucio
sensibilis secundo quia in yeme calor est interius
maxime unitus et estate maxime ad extra

expansus et resolutus. In vere autem non sic
venitus sicut in hieme nec sic expansus et
resolutus sicut in estate. Ex quo sequitur quod
quod in hieme est fortissimus, 2° in vere, 3° in
estate, et hic patet 2a pars afforismi scilicet
quod post yemem plus de cibo est dandum quam
in vere. Probatur quia in vere post yemem ca-
lor naturalis est fortior, ideo hic plus de cibo est
exhibendum. Quia tenet quia quando hic est calor
fortior facilius consumit nutrimentum et
per consequens facilius ipsum petunt corpora quam non
cum autem. Et debet ista pars cum aliis intelligi
istis temporibus servantibus suam naturam
et quod corpora sint robusta et debitum sit re-
gimen. Et similem sententiam habet totaliter po-
nit Avicenna prima quarti capitulo de curatione
febris ethice. Et potest ampliari ad etates
regiones tempus artes et consuetudines ut
patet, et est utilis in actu practico quia docet
nos regere corpora per dietam sumpta indica-
tione a temporibus anni. Et ponit aliqualiter
eadem sententiam 2a primi doctrina 2a capitulo 6°.

[D]e vere utrum estate et autumpno cor-
pora gravissime ferunt cibos. Arguitur
ad partem negativam sic: post in estate
fit resolutio fortissima, ideo patet quod
quibus datur ad dissoluta restauranda quo
...° et antecedens satis patet. Confirmatur quia
simile simili confortatur et a contrario debilitatur,
ideo a calore estatis confortatur calor naturalis.
Confirmatur sic, nam consuetum est corpora
calor cathaplasmatis emplastri vel ceroti quam
caloris aeris nos circumdantis, sed ille nos con-
fortat ut patet in unctionibus stomachi, em-
plastris et cerotis, ideo amplius in fante et
catillum stomaco applicare fortificat calorem
et digestionem ut 3° decima 3a de simplici
medicina, et tamen isti sunt calores consueti,
ideo. Quarto, melius perficitur digestio in nocturno
in tempore estatis, ideo et in diurno quantum
quia ab eodem fit, et antecedens patet, cum omnes
naturales consuetudines ... in estate firmantur
ut supra argumento 12°. Quinto, complexio autum-
pni est temperatior, et antecedens patet quia est media
inter maximam caliditatem et siccitatem ex una
parte scilicet estatis et frigiditatem et humiditatem
ex alia parte scilicet hiemis, et colligitur prima primi
2a doctrina 6° capitulo. Ad oppositum est ypocrates in
afforismo presenti. Primo premittenda sunt nobis
... condiciones de quesito. Quantum ad primum

premitto primo condiciones requisitas ad ne-
cessitatem afforismi, scilicet quod tempora servant suas
naturas et quod sint corpora fortis et non de-
bilis caloris et quod alia sint parata de debito
regimine etc. Secundo premitto quod tanta sunt cir-
ca afforismum de dispositione veris et autumpni et aliorum
temporum, puta in hieme calores ... con-
veniunt, in estate dissolvuntur, in hieme multi-
plicantur, in estate et autumpno opposito modo
se habentes, in vere autem medio. Tertio premit-
to quod in talibus corporibus quas sumit indicatio
quantitatis cibi exhibendi a dispositione virtutis
in fortitudine et debilitate sui caloris, qualitatis
vero a dispositione morborum vel quieta vir-
tutis ut ... repletio et sic de aliis.
Prima pars sit: hec corpora fortis caloris na-
turalis merito dispositionis sui naturalis caloris
tempore estatis et autumpni difficillime fe-
runt cibos et istam volunt ypocrates ... proba-
tur ista pars: isto tempore calor est summe debilis,
ideo etc. Secunda pars est: ista tempore yemis
corpora talia dicta facillime ferunt cibos, probatur
quia calor est fortissimus, ideo etc. Tertia pars:
tempore veris medio modo se habet ad ...
supra dictum patet similiter. Quarta pars: licet
ita sit supra ... indicatione a dispositione
virtutis quieta ut plurimum tempore veris minus
de cibo est exhibendum quam aliis temporibus,
patet quia ut plurimum contingit vere multe
repletioni, ideo etc. Patet quia et colligitur ...
in argumento precedenti scilicet 12°, ideo etc. Quinta
pars: licet ita sit in debilibus tamen corporibus
plus tempore veris et estatis competit de
cibo quam aliis. Patet quia calor estatis et veris
talia corpora confortant, ideo etc. Ad ar-
gumenta. Ad primum illud probat in estate cibum
frequentius esse exhibendum. Ad confirmationem
primam dicitur quod licet per se simile simili sit aptum
confortari et a contrario debilitari, per accidens
tamen contingit oppositum ut supra declaratum est.
Ad aliam confirmationem dicitur quod aliter operatur
aer calidus, balneum et huiusmodi in corpore,
et aliter calor emplastri; calor enim aeris trahit
calorem a centro ad circumferentiam et rarifican-
do facit spiritus exalare. Cerotum autem et em-
plastrum poros sua corpulentia obstruit et
tunc calorem naturalem ad intra reverberat et
suo calore ipsum internum auget quia est inter
solida. Item in emplastro ponitur aliquid stipticum
medicamine et licet hoc medicamine calefaciat

tamen stipticat etc. et inspissat poros quibus
illius sanitatis amplexacio infantis. Ista
tamen maxime conferunt habentibus calorem
debilem reverberando calorem. Similiter autem
etc. ipsum spiritum iuvando in actione accidit
tali iuvamento. Credo tamen quod si iste calor
totus et longo tempore occurreret similiter
debilitaret in parte vero ad partem attrahit
calorem et spiritum et sanguinem et ibi con-
tenta calefacit quare melius operantur. Ad
2m dicendum quod licet calidum preter naturam possit
aliquo modo ad digestionem iuvare in nocturno
puta subtiliando materiam digerendo digestionem
tamen illuminativo semper debilitat ideo negatur
vel videtur eidem esse digestivus in luminativo et noc-
turno. Ad ultimum dicendum quod licet antiquius videatur
ad gradualis temporis temporarium quod tamen
sui difformitate blasfematur. Sed de hoc magis
in 2a particula.

His qui in accessionibus etc. Primo
quoniam huius afforismi est quod hora paroxismi
vel parum ante non est exhibendus
cibus probatur quoniam per exhibitionem
cibi ista hora sequitur magnum nocumentum
scilicet etc. quia nota est et eius probatur phisice cum
tunc virtus divertitur ne pugnet et se defendat
a materia faciente paroxismum phisice etc. gravatur
ut patet ideo etc. Primo nota quod licet capitula
quasi prognosticationis redditur egritudinibus sine
cum ordine fiat sine absque ordine et sic
hoc capitulum hic 2o pro redditur cum ordine
et taliter sunt in proposito. 2o nota quod expe-
rientia quandoque sunt pro intensione pre-
existentis morbi utroque modo verificatur
quod ut patet. 3o nota quod dupliciter possunt
apponi cibaria ante adventum paroxismi
vel exacerbationis primo per multum temporis
ante adventum paroxismi ita quod talia in adventu
paroxismi sunt perfecte digesta et sic dare con-
venit. 2o parum ante ita quod ad hoc digerenda
sunt et sublimitanda et sic sic convenit
dare et sic intelligitur quod afforismus. 4o nota
quod hec debent intelligi in regulari cura vel
cibatione in contrario enim competeret exhibe-
re accidentibus virtute prosternentibus.
Sed auferre ex apposito. 2a quod affo-
rismi est hec quod in hora et parum ante horam pro-
venit auferre vel subtrahere cibum hec
quod sequitur ex precedenti. Nota quod hoc aphorismo
potest dupliciter intelligi primo auferre ex appositis

id est continentibus iam exhibitis facere evacuationem
puta ante adventum paroxismi scilicet vomitum provo-
cando vel aliquid talium faciendo vel aliter auferre
ex appositis id est consueta apponi non apponere
et sic etc. verificatur quod vel auferre id est prohibere
apponi ex appositis id est apponendis. 2o nota
quod hic non capitur cessis pro si sunt improprie
pro accessione nova puta paroxismus vel exacer-
batione. 3o nota quod iste afforismus differt ab
illo in paroxismis subtrahere oportet quia in illo
anforismo solum datur intelligi quod tempore paroxismi
oportet etc. hic autem datur intelligi quod oportet subtra-
here et tempore paroxismi et per tempus ante
patet etc. probabiliter dici quod repetit idem plu-
ries et frustra ut melius comprehendatur
sicut de multis aliis fecit. Et similiter sumere
hunc posuit Avicenna quarti primi capitulo de cura
putredinarum in generali et docet regere corpora
in principiis paroxismorum. Et ampliat ad omnes
egritudinum excitaciones et exacerbationes etc.

Quaeritur utrum in ordine dietandi
vel cibandi sint tantum tres considerationes
scilicet quantitas qualitas et tempus.
Et arguitur primo quod non. Considerationes
de quanto et quali sufficit igitur non est consideracio
de quando sive de tempore necessaria. Quia non
et eius patet per Galenum 3o regimenti. Et confirmatur quoniam
quicumque cibus exhibetur vel approximatur qua-
tus et qualis oportet approximatur sicut oportet igitur etc.
quia nota et ante probatur quoniam si non detur
quod nunc forte approximetur a cibus quantus et
qualis oportet igitur approximatur et non est quantus
cibus approximari igitur tunc non est quorum cibum tunc
approximare nec tales igitur non est iste cibus quantus
et qualis debet approximari et per quod etc. 2o
de cibo non debet haberi consideratio quantum
ad eius qualitatem igitur etc. quia nota et ante
probatur quoniam cibus operatur a materia et non a qua-
litate sed solum de cibo debet considerari id
2m quod operatur in corpore nostro igitur etc. 3o plures
sunt considerationes quam dicte sunt igitur etc.
quia nota et eius probatur quod de cibo oportet
considerare preparationes diversas in corporibus
similiter ordine preponendo et postponendo et
consuetudines cibos etc. Ad oppositum est Avicenna
in quarto ubi dicit omnes dicta triplicitas
esse ordinanda. Primo nota quod qualitas
cibi est duplex quedam est qualitas que dicitur
dispositio 2m quam cibus aptus est corpus
nostrum alterare et in complexione vel forma

sue complexionis permutare ut frigiditas
lactuce et papaveris et generaliter omnes
qualitates 2m quam aliquis cibus dicitur medici
nalis cibus quedam autem dicuntur qualitates que
est cibi dispositio 2m quam cibus natus est
faciliter vel difficulter sibi simulari in corpus no
strum deducta alteratione qua possit corpus
nostrum immutare 2m quam qualitatem dicimus
ova sorbilia fore nutrimentum bone qualitatis
eo quod faciliter convertuntur et reponunt partem
dissolutam et ova cocta dura dicimus esse
cibum male qualitatis per causam oppositam 2o
nota quod intentio in nutriendo est restaurare
quale et quantum est conveniens et hoc variatur
2m varias medici intentiones intentio enim
conservandi corpus in sua sanitate et sua natura
li complexione est restaurare quantum con
venit 2m quod etas indicat et quale ab eo re
solutum est quantum est possibile intentio vero
in permutando complexionem naturalem ad
melius vel removendo egritudinem esset
aliqua alia intentione varia ¶ 3o premitto quod
quantitas aut qualitas cibus vero dicitur que
niens aut disconveniens corpori famelico
et forte eiusdem disconveniens corpori reple
to ut patet ¶ Tunc sit prima 9o quod ad recte
dictandum corpora egrotantia necesse est
quod habere considerationem tam de qualitate
primo modo dicta quam 2o modo dicta ¶ Probatur
quia intentio in ordinando dieta in talibus
corporibus est exhibere simul habentem
dispositionem qua in corporis substantiam convertatur
restaurando quale resolutum est et enim hoc
est removere qualitatem preter naturam sive
egritudinem si primum operatur per qualitatem primo
modo dictam si 2m per qualitatem 2o modo
dictam igitur etc. ¶ 2a 9o quod recte dictando
corpora sana necesse est considerare quali
tatem primo modo et 2o modo dictam patet quia
medicus intendens corporis reductionem
ad melius intendit exhibere cibum aptum
alterare corpus versus finem reductionis
et cum hoc esse in corporis substantiam faciliter conver
tibile igitur ¶ 3a 9o quod quam non consideratur in
ordine dietandi qualitas cibi primo modo dicta
patet in actu conservativo corporis tempera
ti hic non consideratur ¶ 4a 9o est singularis
cum necesse est considerare quantitatem et qua
litatem patet de qualitate et de quantitate
similiter quia aliter non conservaret corpus ¶ 5a

quod quamvis consideratio temporis sit utilis
in ordinando dietam ipsa tamen reducitur ad
considerationem de quantitate et qualitate patet
quia cibus non approximatur quantitas et qualitas
nisi approximetur quando oportet igitur etc. ¶ Sed
autem hec consideratio sit utilis patet quia per
ipsam melius cognoscimus quantitatem et qua
litatem convenientem ¶ 6a 9o omnes considerati
ones que haberi possunt in ordinando die
tam sunt reducibiles ad illam de quantitate
vel ad illam de qualitate ¶ Ad argumenta patet
solutio faciliter per ea que dicta sunt ¶

Quorum crisis fit etc. ¶ Iste est
afforismus 9o est ista medicus eos
operans non debere movere nec
novum quid facere nec farmaciis
nec provocationibus vel in corporibus quorum
fit vel facta est crisis equaliter sed debet illa
nature dimittere probat sic talia corpora
evacuando vel movendo etc. nec nature di
mittenda post grande nocumentum sequitur nocume
tum vel impedimentum igitur etc. patet quoniam et hec
circa textum declarabit ¶ Primo nota quod circa
hanc considerantur tria primo separatio nature nocive
a sanativa et directio materiei ad loca ex
pulsionis 2o actualis evacuatio 3o alteratio
sequens hanc evacuationem et 2m hec tripliciter
sumitur crisis scilicet primo 2o et 3o modo et omnibus
his modis intelligitur 9o et sic describitur
crisis 2a huius commento 1o ¶ 2o nota quod
per crisim que fit intelligere debemus crisim
in fieri completam ut ibi ait Galienus aut eius
perfectam intelligit quam iam precesserunt iste
mutationes tres subordinate in crisi lau
dabili ¶ 3o nota perfectam vel que fit equaliter
intelligit perfecte factam et convenienter et dis
tinguitur contra superflue factam et diminute
factam potest enim fieri evacuatio et maior
et minor quam oportet et potest fieri equaliter et
illa est perfecta crisis ad quam requiruntur con
ditiones inferius declarande in commento
¶ Potest tamen sic describi quod crisis equaliter
facta vel perfecta est illa per quam tota materia
causans egritudinem exterius evacuatur taliter
ut sequatur saltem remotio morbi nec mertito ali
cuius excessus in corpore derelicti sit aptum
amplius corpus recidivare hanc vere complectit
conditiones tacte a Galieno in commento ¶ 4o ex
eo dicto intra colligi implicite quod crisis imper
fecta convenienter debet medicus evacuare ut videbo

in commento et Avicenna prima quarti capitulo de
cura putridarum ¶ Et cum natura non mo
vet movet tunc hora motus eius ¶ 2o nota
quod notanter dixit non movere quia scilicet non
movere curare vel ut sit genus ad omnem
mutationem et tunc hanc infra specificat vel
non movere scilicet localiter vel quandam aliter im-
pedire ¶ Neque novum facere id est novam
alterationem inducere scilicet calefaciendo etc.
per medicinas vel aliter Neque farmaciis id est
evacuationibus per ventrem neque aliis provocan
tibus quia nec floxe nec urine in provoca
tione nec sudoris et sic de aliis scilicet sincere
vel neque farmaciis expoliendo vel lubrica
do etc. totum patet Causa autem huius to
tius est hec quoniam natura perfectam
crisim faciente vel medicus induceret oppositam
provocantem actionem nature vel ipsam impe
dientem Si primum crisis fieret superflua si 2m
fieret diminuta debet tamen sanative ope
rari medicus regimine ordinando et ex
trinseca nocumenta prohibendo etc. ¶

Queritur utrum 2o afforismi sitro^a
Arguitur quod non primo sic in aliquam
virtus per se sufficeret facere per
fectam crisim ergo semper eget au
xilio medici patet quia et ante arguitur primo
fortior est virtus in principio et augmento
quam in statu sed in aliquam in principio potest per
fectam facere crisim ergo nec in statu patet quia
et maior similiter sed minor colligendus non est
primo nec in augmento quando perfecta crisis
consequitur signa digestionis et in libro de
crisi in pluribus passibus et in 2a quarti capitulo
2o et primo et pluribus aliis confirmatur
¶ Confirmatur fortior erat virtus tempore
sanitatis quam ipsa sit in statu egritudinis
sed tempore sanitatis non potuit prohibere
adventum morbi ergo nec in statu debet ipsum
posse expellere quia videtur nota tamen ante
¶ 2o ad principale sic nam tempore sanitatis
eget auxilio medici ergo a fortiori tempore
egritudinis patet quia et ante similiter alias
cum ars conservativa foret vana ¶ Con
firmatur corpus sanum superflue repletum
eget evacuatione per medicinam ergo virtus non
sufficit hanc repletionem superfluam remo
vere per se sed multo imbecillior est in statu
egritudinis quam fuit ergo etc. patet quia cum
antecedente forte dicetur quod in statu materia est

digesta ¶ Contra ponatur hanc repletionem
esse sanguineam inquam non expectat digestionem
¶ 3o medicus est egrotantem velocius redire
ad suam naturalem dispositionem quam tardius
sed medicus iuvante naturam velocius et red
ditur etc. eo quod citius complebitur materie
expulsio ergo etc. ¶ 4o sic se debet habere
medicus ad virtutem digerentem materiam
sicut ad eam evacuantem materiam sed virtute
per se sufficiente ad digerendum materiam licet
medico ipsam cum digestivo iuvare ut patet
in 2a et aliis febribus salubribus ergo ¶ 5o
arguitur sic virtus non habet iuvativum a vocatio
seperare expellendo nocivum et attrahen
do innatum vel retinendo 2o etc. patet quia
et ante patet quia talis electio videtur ad virum
cognoscitivum aliqualiter pertinere ¶ 6o quia
tunc moveret motibus contrariis et pro
duceret actiones contrarias quod non est ratio
nale de virtute agente sine cognitione

¶ Ultimo omnis natura operatrix medi
cus autem minister ergo in omnibus medicus mi
nistrat nature et per eius iuvat patet quia et ante
colligitur 3o tegni et prima quarti capitulo de aba
tione febricitantium ¶ Ad oppositum est ypo
crates et commentator in commento et Avicenna
2a quarti capitulo penultimo satis ad propositum ¶ In
ista questione primo ponuntur notabilia et dis
tinctiones 2o conclusiones de quesito 3o respondebitur
ad argumenta ¶ Quantum ad primum sciendum
est primo quod hoc nomine crisis ex greco sumptum
est Crisis enim grece latine iudicium pro iudicio
intelligendum illud quod in morte quidem sententia
nominant quo scilicet iudex iudicans condempnat
reum vel absolvit Sic etiam nos quidem dicimus
expectare diem iudicii quia Christus pravos
ad penam eternam dampnabit probos autem
ad eternam gloriam et requiem sententiabit
¶ Ex quo patet quod satis methafarice dicimus
aliquam egritudinem esse creticam vel crisi termina
bilem Sumitur hoc nomen metaphorice Sicut enim
reus ad mortem condempnandus dum mortis
vel liberationis agitatur iudicium dicitur esse
in crisi et sic non est prius quia morte punietur
aut a morte liberabitur Ita in statu egri
tudinis crisi terminabilis videtur egrotans
dubio subiectus iudicio maxime apud vul
gares et medicum imperitum qui laudabi
lem crisim ab illaudabili nescit distinguere
et quemadmodum in prefato iudicio condempnatus

tristatur clamat et dolet et auxilium
implorat amicorum ita iste in crisi sub
lectus medicis et astantibus se deuo
tissime recommittit. Preterea etiam in sententia
legali sunt quatuor maneries personarum
scilicet actor accusans reus testis et iudex ita
in egritudine crisi similabili sunt quatuor
huius correspondentia scilicet actor natura mor
bum accusans quia ledit eam causa reus autem
est morbus iudex autem est medicus qui qui-
dem futuram sic debet sententiare uel pro
nosticare testes vero sunt accidentia et sunt
hec summa 3a de crisi capitulo 2o dum inquid
Et cum hec dispositio scilicet crisis adest prouenit
enim qui videt hanc virtutem egrotantem
qui scilicet videns est de stolo. adhuc ut assimilet
disponem eius dispositionem virtuti iam venit
si ad iudicium in sanguine tunc dicit eger
hic est indispositione iudicii quare nominatur
hec dispositio crisis Eadem summa colligitur
primo techni capitulo po dum inquid Et au
dies viros dicentes quod dispositio istius in
firmi est dispositio ut est dispositio viri q
positus est coram iudice qui indicat super
ipsum suo iudicio in sanguine Et 2m hanc
intentionem positum est nomen eius crisis
et colligitur eadem summa 9o canonis fen 2a capitulo
primo dum inquid crisis intensio est separatio
in locutionibus i. cuius alterationibus sepe
rantur cum lites facta crisi quia litigantes
recedunt et condempnatus quidem tristis
alius non letus et ponit exemplum quod virtus sit dux
custodiens castrum uel ciuitatem et quod morbus
sit impugnator quia sicut in primo est prima
pugna etc. vide ibi ¶ 2o principaliter premit
tendum quod licet natura inquantum huius
est agens non naturale modo ad plurimas
operationes ab ea prouenientes ut colligitur
primo contrarium naturalium 2m tamen suius exigen
tiam suas operationes producens naturali
ordine potest 2m suum varios primo contrarios
effectus producere et ad eundem effectum
quandoque fortius et quandoque debilius concurrere
licet enim agens 2m ultimum sue potentie agat
cum hiis uel cum illis circumstantiis non tamen
agit simpliciter 2m primum ultimum sue potentie
hic autem alias declaratum est in materialibus
existentes ut de aqua quandoque fortius quandoque
debilius resistente cum trahitur contra speram suam
quandoque ascendente et quandoque descendente et sic

de aliis ¶ Idem in nostris corporibus patet
virtus enim motiua cordis et arteriarum
quandoque dilatat et quandoque constringit cor et ar
terias et quandoque plus et quandoque minus et quandoque
velocius et quandoque tardius Item virtus restau
ratiua deperdita carne plus restaurat
pro tunc quam restaurat in aliis temporibus
corporis Ex quo patet non esse mirandum si
virtus naturalis fortius operatur et pugnat
in statu morbi quam in principio et fortius tempore
sanitatis operatur enim ab agente infallibili
directa quia scilicet ab intelligentia non errante
12o metaphysice commento 18o ¶ 3o sciendum quod in
crisi 3a considerantur primo actio virtutis
in materiam et separatio iunatum a nocituo
et directio nocitum ad loca expulsionis 2o
consideratur actualis expulsio nici etc. 3o al
teratio sequens hanc euacuationem per quam in
firmus tendit ad salutem Et 2m hoc capitur
crisis tripliciter scilicet pro generatione illa per eua
cuatione et pro alteratione Et potest addi 4m
scilicet pro aggregato ex hiis ¶ 4o premittendum
quod crisim esse duplicem scilicet perfectam et imper
fectam et hic de laudabili crisi intelligendo
de qua in afforismo est sermo Secundum autem sit
perfecta crisis intra commentum patet ¶ Imperfecta
autem est duplex quia quedam per minutionis quedam
vero euacuationis colligitur hec distinctio
2a quarti capitulo primo et hic in commento ¶ 5o
premittendum iuuamentum medici esse duplex
scilicet per se et per accidens in crisi laudabili ut
ventate euacuatio cum farmaco ad euacuandum
materiam quam natura se sola non potuisset
expellere et alteratio etc. exemplum 2i ut im
pedimenti remotio virtutis custodia uel con
seruatio et confortatio etc. ¶ 6o premitten
dum est quod licet crisi perfecta conueniento
alius non remaneat materia in corpore ex
ea deducta ratione cuius corpori debeat
euacuatio merito tamen alterius dispositionis
in corpore remanentis potest in corpore post
crisim esse necessitas euacuandi sicut si febres
colerica et flematica in eodem complicentur
stat materiam colericam citius complete euacuari
adhuc febre flematica remanente quare
completa hac crisi erit necessarium euacuare
Sensus igitur huius afforismi est quod quorum facta
est crisis equaliter non sunt euacuanda eua
cuatione scilicet concernente materiam tales qualis
fuit per crisim perfectam euacuata ¶ 7mo nota

quod opus medici ymaginari possumus esse
conveniens vel postquam est perfecta crisis vel
quando crisis est in fieri vel quando est futura
fieri ¶ Ulterius nota quod circa crisim duplex
est operatio medici scilicet generalis et particularis
generalis consistit in approximatione sex rerum
non naturalium et sine ea non potest stare quare oportet
tantum ordinare sibi dietam Alia est particularis
conveniens particulari nature operationi sicut
est crisis et istam non debet iuvare nisi sit com
pleta ¶ Quantum ad secundum sit hec prima conclusio
licet natura aliquando se sola possit crisim per
fectam et completam facere aliquando tamen ad per
fecte materiam morbi evacuandam indiget
auxilio medici prima pars conclusionis patet
quia possibile est virtutem super materiam evacuandam
complete dominari secundum rationem patet quia et aliquando etiam
patet intelligenti sicut enim potest perfecte
dominari ita imperfecte et sicut perfectam ideo
imperfectam crisim potest facere ¶ Contra
evacuata parte materie potentior est virtus
ad expellendum residuum quam prius erat
secundum residuum adhuc potest virtus evacuare et per
consequens perfectam facere Item facta evacuatione
partis materie virtus habet maiorem propor
tionem super materiam expellendam quam prius ha
bebat secundum partem quia et aliquando arguitur quia vel
plus minorata est materia quam virtus debilitata
vel equaliter vel eque debilitata est virtus sicut materia
paucificata non potest poni secundum ut patet quia
crisis esset mala Si primum patet minorata
esse proportione quia maiori et minori similiter
equaliter minoratis crescit proportio maioris ad
minorem Similiter pro isto dicitur quod virtus par
tem cum evacuare parte et non totum quia licet
evacuata parte adhuc dominetur tamen non sufficit
illam evacuare et cum hoc corpus debite gu
bernare et regere vel quia pars remanens
non est equaliter digesta et istud contingit in
aliquibus casibus ¶ Primus casus est ubi
materia sit eterogenea ita quod subtile eius ex
pellatur et grossum non ¶ Secundus casus quando natura
indiget multitudine spirituum quibus paucifi
catis non potest ipsam expellere et tot alias
operationes corporis necessarias facere ad
quas oportet naturam esse magis sollicitam vel
dicitur quod licet crisis sit laudabilis stat tamen
virtutem esse plus proportionabiliter debilitatam
quam materia sit minorata per viam resolutionis
ex tamen sequitur crisim esse malam quia

magnum sequitur est iuvamentum et fortifi
catio virtutis per viam exonerationis alias forte
aliquando dicam ¶ 2a conclusio sequitur quod ubi crisis im
perfecte cretice evacuante aut postquam im
perfecte cretice evacuavit indiget auxilio
medici patet quia ne corpus incidat reci
divam ¶ 3a conclusio natura cretice perfecte eva
cuante et postquam perfecte cretice evacuavit
non debet medicus evacuationem facere non ce
nentem materiam talem qualis est cretice e
vacuata istam conclusionem volunt ypocras in afforismo
et galienus in commento Ex quo sequitur quod non de
cet aliquam imitationem vel provocationem
inducere patet quia vel faceret evacuationem
promoventem vel divertentem Si primum fieret
evacuatio superflua Si secundum diminuta et
hoc argumento utitur Avicenna 2a ... capitulo
penultimo ¶ 4a conclusio licet ita sit stat tamen
crisi completa perfecte adhuc corpus esse
evacuandum patet quia adhuc potest gene
rare aliquam materiam evacuandam puta alia materia
absita que cretice fuit expulsa ut in 6o
notabili tactum fuit ¶ 5a conclusio in qualibet
crisi perfecta vel imperfecta facta vel fi
ente debet medicus positive et privative
iuvare naturam patet quia debet impe
dimenta removere et virtutem iuvare secundum
rationem ¶ 6a conclusio licet in crisi perfecta medicus
non debeat aliquod iuvamentum proprium operari
debet tamen generale iuvamentum facere
quia in omni egritudine fieri debet scilicet
debite et convenienter administrare res non
naturales et prohibere a latratu canum
prohibere tumultum hominum ymo claudere
fenestras et non comedat tunc ¶ Ad articulum
ad primum et secundum cum suis confirmationibus
patet solutio per secundum notatum in primo articulo
quia licet in statu sit materia maligniori et
plus impinens est tamen magis digesta ut
expellatur et quia est omnibus convenientibus
expulsionem et natura tunc expellit sicut
de fetu infantis ¶ Ad 3um dicitur quod ceteris pa
ribus melius est ratione qualitatis non est in cau
sa eius afforismum quia superflueret evacuatio
¶ Ad quartum dicitur negando similitudinem quia
ut patet numquam ~~tamen~~ cum digestio potest
esse mala si bene evacuatio ut colligitur
supra conclusione 12o quia debet fieri indefinito
tempore ¶ Ad quintum solutum fuit supra
et solvitur per 2um notatum in primo articulo

et generatur eandem virtutem diversas operationes
contrarium denominationem naturaliter producere ut
patet de virtute vitali et naturali ¶ Ad ultimum
cum natura operatrix dicitur intelligendum
esse ubi medicus et natura communicant medicus
enim minister est natura vero principale
operans vel sic minister non semper famulat domino
sed stat secum ut famulet quando oportet et dimittat
facere illum quando oportet ita medicus similiter
auxiliatur quando natura potens est de se

Que ducere oportet videtur ¶ Contra
istum afforismum est ista medicina de-
bita iuvans naturam debet evacuare
per illa loca per que natura repit
si sint evacuationi convenientia probatur sic
per talia loca evacuando facilius et cum mino-
ri molestia fit evacuatio quam evacuando
per loca alia ergo ergo vera patet quia et antecedens probatur
quia per illa loca evacuando simul concurrunt
operatio medici et operatio nature per alia
vero evacuando se se impediunt ergo etc. quia
patet cum Avicenna et colliget idem prima quarti
capitulo decimo putridarum in generali et secundo
regiminis acutorum commento videcimo et a
mesue in de consolatione medicinarum sectione
prima capitulo primo et est utilius et potest amplia-
ri ut patet ¶ Et per istam datur intelligi quod natura
evacuante per loca non convenientia medicus debet
illam evacuationem impedire ¶ Primo nota
per ducere intelligere debemus sive evacuare
sive fiat per tractum sive per recursum sive per
eductionem materiei ad extra natura enim perfecte
evacuante vel imperfecte eiusmodi faciente per-
trahit ad convenientia loca per illa ergo trahere
debemus oppositum enim faciendo impediremus
convenientes nature operationes ¶ Secundo nota non
tantum dixit quod ducere oportet licet enim per convenientia
loca natura evacuaret minimam quam non oppor-
teret evacuare non propter hoc medicus debet inde
ducere sed potius evacuationem cohibere ¶ Tertio nota
quod per hoc videtur intelligitur loca per que fit
evacuatio per quod ergo datur intelligi locus
a quo et finis ad quem quia similiter ducitur omne
corpus vel si non saltem tantum quantum potest
removeri aut saltem a nobili membro ad
ignobile ut ab epate ad inguina et a cor-
de ad subasellas per naturam autem intelligere
debemus propriam virtutem totius regitivam ¶ Quarto
nota notatur dictum esse repit reperire quando
occulte movetur vel sub incedit vii et alia

sine pedibus sine pedibus gradientia reperire
dicuntur non enim in eis manifeste ad motum
membrorum que sunt in ista motus pro-
gressivi et talia reptilia nominantur
vii et quarto secunda facit speciale capitulum de morsu
reptilium methaphorice igitur dicitur natura reperire
evacuando et sumitur methaphora altero
duorum modorum primus est sicut talia animalia
occulte moventur in ista motus dum repunt
ita natura occulte applicat se nunc expellere
de prima causa occulte alterat alteratione
preparante ad expulsionem secundo quia sicut illa
moventur occulte et tarde ita hic materia
a natura tarde valde et pigre movetur cum
tristis ponatur imperfecta ¶ Quinto nota per loca
convenientia intelligenda esse loca maxime
ad evacuationem finaliter deputata ut intes-
tina renes vesica etc. per talia enim loca facta
evacuatione minus aptum est sequi nocumentum
quam si fiat per alia cum enim natura non destinat
in necessarius minuit hec loca taliter ut membra
que per illa loca evacuantur minorem aliud recipi-
ant impressionem et minus nocumentum vel mi-
nimum si per illa decenter fiat evacuatio ¶ Sexto
nota quod sex considerationibus notificatur
nobis evacuationis bonitas scilicet ex quantitate
qualitate et loco sub loco comprehendo terminum
ad quem fiat evacuatio et via per quam et tem-
pore ut scilicet fiat tempore vel hora qua non
sit ad oppositum fortior indicatio tollerantia
et conferentia huius enim omnibus concurrentibus
est evacuatio laudanda ¶ Ultimo nota ad
veritatem afforismi requiruntur alique conditiones
prima quod natura evacuans per illam partem eva-
cuat regulariter et non sinthomatice sicut
possumus dicere quod ista conditio includitur in ea
parte oportet ¶ Secunda conditio est quod regio per se de-
bita ad evacuationem non sit facta a causa in-
debita ut propter excoriationem vel aliquid huiusmodi
¶ Tertia quod morbus sit salubris huius generibus
est afforismus verus Contra minimum positum scilicet quod
natura non semper evacuat per convenientia loca Contra
quia natura semper facit de possibilibus quod melius
est sed melius est naturam expellere per convenientia loca
quam per inconvenientia ergo etc. ¶ Item nunquam con-
tingit naturam dirigi de membro ignobili ad membrum
nobile ergo patet quia et antecedens probatur quia semper
membrum nobile est fortius ignobili ¶ Ad ista
dicendum quod hoc est verum nisi ipsa sit impedita per
secundo nota dicendum quod contingit naturam expellere ad non

convenienta loca multiplr primo propter ipsius vir-
tutis debilitatem 2o propter dispositionem existentem
in membro ad quod pellitur puta si in eo sit
fortis dolor aut magna inflammacio 3o propter
dispositionem in ipsa materia ut si sit furio-
sa vel venenosa propter hoc ergo hoc contingere
propter ipsius membri debilitatem adhuc ergo frequenter
operatur situs negatur si quia membrorum nobilius
est semper fortius si reflectere ergo in casu nega-
dum sit eius ut patet ergo

Digesta medicari ergo ¶ Prima questio
huius afforismi est ista ypocras regu-
lariter evacuans debet evacuare mag-
is peccantes digestas probatur sic materie
digeste sunt ad expulsionem convenienter preparate
et cum hoc a sanativis materiis retinendis
convenienter separate si questio vera quia non vi-
deo quod si sint a sanativo bene separate ergo
facile expelluntur cum juvamento notabili
et sine nocumento ergo ¶ Primo nota ut
prima fuit doctrina 6a s. de virtutibus ca 6o
colligitur duplex est digestio s. sanativa i.
nutrimentalis et nocitiva sive i. naturalis nociva
digestio sanativa est preparatio nutrimenti in materie
ut tandem membra nostri corporis nutriat
quia sicut eis assimiletur et in substantiam corporis
convertatur vel preparatio materie nutrimentalis
qua fiat nature conveniens et proporcionata sic
ad operaciones nature debitas exercendas
Exemplum primum digestio sanguinis et humiditatis radicalis
debemus eos nutrire quia s. sanativa digestio
est preparatio ita ut tandem convertantur Exemplum
2m digestio sanguinis in splena prolificum con-
vertendo est digestio sanativa et est preparatio
ergo digestio quia ex sanguine generatur
spiritus vitalis et vitalis naturalis et animalis
Et forte digestio sanguinis ut magis gustatur
non est preparatio ut facile nutriat sanguinis
cum per conversionem eius magis plus elongatur
a potencia nutriendi ut patet ¶ Digestio
vero in nocitiva est duplex sicut duplex est no-
citivum quoddam remisso gradu et perfecte corri-
gibili a convenienti dispositione remotum et illa est
preparatio eius ut a membris et virtute facilius
expellatur ¶ Ad propositum cum dicitur digesta ergo
intelligitur digesta digestione in nocitivo
que est preparatio eius ad expulsionem addunt
autem aliqui non ut quantitate peccant ergo ego
puto expediens non esse ¶ 2o sic in materia du-
plice reperi gradum digestionis primus est occulto

alterum manifestius licet non completus alter
vero perfectus Ad propositum loquitur de digesta
3o gradu quia perfecte non autem occulte nec
digestione 2i gradus que est correspondens aug-
mento ¶ 3o nota quod medicari sumitur tripli-
citer primo generaliter pro quolibet operari medico in qua-
tum huius circa corpus humanum sive tale ope-
rari sit curare sive conservare vel sic particulariter
actu medicus ut se extendat ad omnem actum
medici circa corpus humanum ¶ 2o accipitur
minus ample et dicitur solum de operari quod est curare
3o sic accipitur adhuc minus ample pro curare
4o adhuc minus ample pro evacuare cum me-
dicina expolluendo curante quia sicut cum
medicina a forma specifica desumatur humorem
eligendo curante et hoc ultimo modo sumitur
hic ut sit sensus quod oportet medicari digesta
i. cum medicina electiva curare et sic sumitur
in proposito ¶ Et movere non cruda ¶ 2a questio
huius afforismi medicus non debet evacuare
materias crudas probatur sic ars cruda fuit inep-
te evacuacioni et sunt nobis inimicus
utilibus permixte si ergo patet quia et autem sta-
tim declarabitur ¶ Primo nota hanc litteram
duplicem habere sensum primus est affirma-
tivus ut li non cadat super litteram crudas i. magis
non crudas et est sensus quod medicus debet
movere i. evacuare non cruda i. materias
non crudas sed simpliciter solum digestas 2us sensus
est ut littera sit negativa et sub isto sensu po-
sita est questio et hunc credo fuisse ypocratis
intellectum prior enim cum prima questione innuit
solum materias digestas esse evacuandas ¶ 2o
nota dupliciter dicitur aliquid crudum primo quia
diminute digestum sicut flegma naturale
dicimus sic crudum ¶ 2o dicitur crudum quia
caret preparatione modo a natura naturaliter
operante intenta et sic sumitur in proposito
sic enim tam coleram non naturalem quam flegma
non naturale nominamus crudum Sic sunt hec
Sic enim omnis dispositio reperta in humore
nocitivo qua redditur humor ineptus et in-
obediens expulsioni vocatur cruditas taliter
igitur crudam materiam non licet movere i.
evacuare ¶ Nota quod medicina laxativa est
triplex s. lenitiva lambefactiva et electiva
hic maxime intelligitur de electiva ¶ Neque
in principiis ¶ 3a questio in principiis morborum non
debet medicus curare probatur sic non debet
medicus curare materiam crudam vel non digesta

sed in principiis est materia cruda vel non digesta 1a patet quia et arguit similiter supra ¶ primo no quod principio triplicem sumpto ut primo de crisi capitulo et super commento 12o supposito similiter principium pro uno de quatuor temporibus morbi ¶ 2o nota huiusmodi tempora ut alias dictum est contra se inuicem duplex distinguuntur in supposito per principium intellige principium distinctum contra alia tempora penes mei digestionem prima digestione Ex quo patet non oportere afforismum verificari de morbis a materia indigesta inchoantibus ut patet in statu est euacuandum ¶ 3o nota hic esse verum regulariter operando: coacte vero non repugnat ¶ si non sint furiosa ¶ 4a conclusio materia existente furiosa et si non digesta sit ipsam medicus debet a principio euacuare probatur hinc materia a principio euacuata cum tatur semper vel ut multum mortis periculum 1a pars patet quia et arguit declarabitur ¶ primo nota per materiam furiosam intelligere debemus materiam in uno membro vel loco corporis non quiescentem sed de loco ad locum mobilem egrotantem taliter infestantem ut in eodem loco non possit per notabile tempus quietari quod potest contingere aut ratione qualitatis manifeste sicut in materia colerica calida et valde subtili pungente membra aut ratione qualitatis occulte ut in materia venenosa contingit sicut enim furore aut ira promotus non potest in eodem situ stare sed nunc huc tendit nunc illuc querendo prosionis vel in ire ulcionem ita egrotans huiusmodi materia molestatus in eodem statu quietari non potest sed ut quidam doctor in metro sic magister meus de Fido de Padua in sua practica metrica dicit ad pedes l. c. discurrit et inde reuertitur ¶ 2a pars non sit furiosa ¶ 5a et ultima conclusio 2m plurimum materia non est probatur 2m plurimum non reperitur materia sit extremaliter calida acuta 1a pars patet quia et arguit docet experimentum Similiter sententia hanc habet Galenus primo 3o capitulo sic de quando et qualiter euacuandum et Avicenna quarta de cura putridarum et in libello de temporibus morbi a galieno sicut ad finem et primo de crisi capitulo nono ad finem 2m parte afforismi et 2o regiminis acutorum textu commento vigesimo 2. pars

Queritur utrum antequam fiat euacuatio materie sit expectanda digestio

Arguitur quod non primo tunc numquam deberet euacuatio fieri a medico probatur quia quod non ante digestionem ut tunc materia est digesta quia hic est in statu in statu autem silentium habere oportet ¶ 2o materia existente cruda et multa licet in principio euacuare ut ... primo quarti capitulo de cura putridarum in generali io pars ¶ 3o consequens est in principio non quandoque euacuare 1a patet quia et arguit probabitur ubi materia incipiens facere morbum sit perfecte digeste ¶ 4o in principio debet fieri ventris lenitiuo 1a patet quia et arguit patet per Auicenna 4o capitulo allegato ¶ 5o in omni febre putrida prius est materia euacuanda quam digerenda ut Galenus 4o terapeutice capitulo 14o ¶ 6o quia materia per digestionem redditur euacuationi inceptior eo quod ingrossatur 1a pars Istud argumentum oppositum saltem argumentum de materia subtili ¶ Ad oppositum est primo commento afforismi Respondendo ad questionem sic premittam quedam 2o ponam conclusiones de quo ¶ primo nota quod per digestionem in proposito solum intelligitur dispositio preparans materiam ad expulsionem ¶ 2o nota quod nocumenta sequentia ad materie euacuationem ante digestionem sunt tria primum est quod simul expellitur humatum et nocuum 2m quod impeditur digestio materie remanentis 3m quia euacuatur spiritus et calor naturalis et debilitatur tamen quia fit maior agitatio et maior permixtio nocitum et sanatium 3m nocumentum sequens est hoc quod non malignum efficitur malignum ex agitatione in tali irregulariter agitantur ymo permiscentur humores quibus non erant permixti et malignant eos hoc ponit Auicenna loco allegato ¶ 5o nota quod duplex est euacuatio quedam regularis sive electiua et est quam medicus eligimus sine notabili nocumento egrotantis Extra irregularis sive coacta quam eligimus stante forti indicatione ad oppositum ¶ 4o premittendum est quod materie peccantes in febribus maxime sunt duplices quedam specie et quedam communes communes quidem que cum febre nate sunt associate ut putridi vapores et humores ... specie vero materie ... recipiunt febres specificam denominationem et dependent 1a duplex ... correspondens duplex ... et 2m tota sic patet ¶ 5o nota quod euacuatio ... est duplex quedam minoratiua et quedam eradicatiua minoratiua est per quam

inmoratur etc. Eradicativa est per quam materia totaliter
educitur ¶ Ultimo nota quod morborum quidam sunt
incipientes a materia digesta ut in eam 3a auctoritate
quidam a materia cruda et de hiis est sermo in pro
posito ¶ Prima questio est hec antequam fiat evacuatio
quibus non est regulariter digestio expectanda
patet quia per tales evacuationes evacuantur
materie 2o sic evacuatio in parate que si
si retineantur essent causa nocumenti vel etc.
patet quia et quoniam cum tales materie sunt a natura
separate et in loco expulsionis contente
puta in stomacho vel intestinis etc. ¶ 2a questio
est materia in principio existente multa et valde multum
aggravante periculum suffocationis precedente
est in principio materia ante digestionem inmorative
evacuanda patet et est de mente Avicenne
in loco superius allegato ¶ 3a questio est hec quod
talis evacuatio debet dici coacta et irregu
laris patet hanc enim non exigimus 2um enim
sine notabili nocumento egroti illato licet
tamen maioris periculi fugamus ideo patet quia
et quoniam similiter quia evacuatur materia indigesta ad
cuius evacuationem sequuntur nocumenta superius
tacta patet quod 2am videtur enim quod materia sit eradican
da etc. quia ratione sue inmorata materia
allevatur depravatur virtus eadem ratione
si adhuc tantundem evacuatur et per aliquis sunt
a principio eradicanda patet quia etiam similiter
item facta prima inmoratione remanet proportio
maior virtutis ad materiam quam prius vel pari ratione
si fiat 2a inmoratio et per aliquis etc. ¶ 2um dubium
occurrit quia tunc etc. materia non existente multa
ipsa foret a principio inmoranda ¶ Ad primum nega
quia quia ad omnes vite operationes perficien
das requiruntur spiritus et fortitudinis virtutis
debita mensura quia fortitudo virtutis requi
rit debitam et certam quantitatem spiritus et humorum
¶ Ad 2um negatur quia quia si possumus sine no
cumento non debemus facere cum nocumento
¶ Ratio questionis quod evacuatione coacta non electiva
conveniens est evacuare antequam sit digesta
primus est casus predictus, secundus est apostema
intrinsecum, 3us materia furiosa, 4us ubi fluat
materia ad principale membrum, 5us ubi inmota in pro...
membrum contineatur, 6us ubi materia sit parata flu
ere ad aliquod membrum ad quod fluens infert
magnum nocumentum ut de materia fluente
ad iuncturas vel iuncturam ¶ 4a questio electiva
evacuando evacuatione propria est semper expectan
da digestio. Sed arguitur quod materia non existente

furiosa debet evacuari a principio sicut enim sor. fe
bricitans febre colerica non de materia furiosa et
plato febricitat de materia furiosa et sunt alia paria
ut est possibile. Et arguitur sic in a evacuationes sequuntur
iuvamentum et minus nocumentum in parte ex
evacuatione facta in principio quam in platone et pro
cede in hoc argumento sicut supra de evacuatione
facta in corpore in quo virtus dissoluta ut
sensus ¶ Nota quod humoribus non furiosi contenti in
loco aliquo non sunt evacuandi nisi sint digesti
Et hoc si dant induciam et non sicut in sequenti
utrum autem in augmento vel declinatione liceat e
vacuationem facere et utrum in principio sit evacuandum
Cum evacuatio facta in principio sit coacta propter materiam
esse crudam et in augmento sit minus cruda e
vacuatio facta in augmento erit minus coacta
et hoc ut plurimum potest tamen contingere quod ne
cessitas evacuationis insurgit in augmento
et non in principio et si in augmento fiat materia furio
sa aut si fiat quantitas mali que movetur
exuberans in augmento que tamen non erat
exuberans in principio Ex quibus infero quod ista ga
non est Evacuatio principii ut plurimum est magis coac
ta quam facta in augmento et in augmento sepe
debet fieri coacta sive irregularis evacuatio
Similiter non sequitur evacuatio facta in principio
principaliter est magis coacta quam in fine principii
et frequentius est evacuandum vel magis in
fine principii quam in principio Quod autem in declinatione
debeat evacuatio fieri satis constat etc.

Queritur utrum descriptio vel notificatio
materie furiose sit bona. Arguitur
quod non primo quia omnibus materia faciens
egritudinem parvitatem vel furiosa si
multe materie frigide aut grosse sunt huiusmodi
ut materia apoplexie sanguinis etc. cum in talibus
non sit digestio expectanda ¶ 2o tunc febricitans
de furiosa materia sepe fieret non febricitans in conti
nenti frequenter materiam a corde removeri 3o
quantumcumque tales materie sunt leves vel aliorum sunt
tamen absolute graves ideo non movebunt ad
principalia ¶ Ad oppositum est auctoritas ¶ Nota quod dupliciter
dicitur aliqua materia furiosa primo quoniam etc.
Primo materia indicans de sua evacuatione est
furiosa sive hoc sit ratione multitudinis sive
loci in quo continetur 2o proprie tunc habet conditiones
quas ponit commentator in quinto primi ¶ Non
quod materia furiosa acuitate sua mala pungente
repellere nititur omnibus et est facilis expulsionis
Et si est venenosa inclinat ad principalia membra

Quod egrotantes non oportet. Conclusio
prima est quod medicus volens significando
super desinatam evacuationem non debet
considerare quantitatem eorum que
evacuantur multitudinem ut dicat evacuationem
desinatam quod multa sit probatur stante multitudine
eorum que evacuantur stat evacuatio diminuta
et similiter superflua et stante paucitate similiter.
patet quia et alii satis patet ¶ primo sic quod
egestiones duplices sumitur hic pro evacuatione 2°
nota quod per quantitatem in proposito non solum intelli
gere debemus multitudinem sed etiam paucitatem
¶ 3° nota quod quantitas eorum que evacuantur
potest dici multa et pauca dupliciter primo absolute
2° respective ad illud quod evacuari debet ad propositum
debet intelligi primo modo quod absolute debemus con
siderare scilicet id quod evacuatur est multum aut
modicum ¶ 4° nota quod multitudinem aut pauci
tatem non debere considerari possimus dupliciter
intelligere primo quod talis absoluta consideratio me
dici. 2° quod non considerentur tamquam totalia aut per se
sufficientia signa sicut intelligitur in proposito ¶ Sed
ut egrotantibus ¶ 2a quod est quod oportet medicum volentem
convenientes evacuationes agnoscere considerare ale
oportet evacuare tollerantiam et conferentiam euntis
egrotanti probatur 2a quia quia oportet considerare ea qui
bus existentibus est conveniens evacuatio et quibus
non non sed iam dicta sunt huiusmodi ut satis patet
in textu ¶ primo nota quod qualitates humorum peccan
tium est duplex scilicet generalis et specialis per specialem in
telligo qualitatem primam vel 2am manifestam vel
occultam qua humor redditur malus ut caliditas
frigiditas grossities venenositas per qualitatem
autem generalem intelligo omnem dispositionem qua
humor redditur malus et nocivus et in hac nociabi
litas et totum est quod non quelibet talis qualitas est pa
vel 2a primo qualitas est huiusmodi ¶ Ad propositum
tamen dicit quod oportet considerare qualitatem intelligendum
est de qualitate 2° modo dicta ¶ 2° nota ut supra
dictum est sex sunt considerationes ex quibus noti
ficatur bonitas conferentie evacuationis scilicet qualitas
quantitas tempus locus conferentia et tollera
ntia horum tamen ultima regula est conferentia et tol
lerantia ut patet satis quod autem dicitur tollerare
et conformare visum est supra ¶ 3° sic quod propter
signa iam dicta et alia signa sunt scilicet sompnium
status mutatio egestionum sed quia omnia generalia
sunt in textu ypo. hic ... ¶ Et ubi oportet 3a
quod aforismi quod incipit ubi oportet evacuandus est eger
usque ad defectionem vel ad sincopim probatur per ...

aptam evacuationem evitatur mors licet aliquale
egrotanti inferatur nocumentum in textu patet quia
et alii probatur argumento ¶ primo nota quod li
usque potest teneri inclusive et potest teneri ex
clusive et utroque istorum modorum vera est conclusio
ut patebit ¶ 2° nota quod sincopis est duplex scilicet
reparabilis et irreparabilis in proposito est sermo
de reparabili et hoc debet intelligi in ultima
parte aforismi ¶ 3° nota quod ex dictis patere
potest quod illa evacuatio usque ad sincopim non est regu
laris sine electiva sed est irregularis sive coacta
hanc enim intelligere non possumus sine magno
egrotantis nocumento ut satis patet et in cura
regulari non competit quare talis non sit absolute
regularis et bona patet quia sibi non competunt
omnes conditiones superius posite in aforismo ut patet
intelligenti ¶ 4° nota quod sincopis potest accidere
multis causis hic autem est sermo de contingente
propter solam evacuationem ut patet in commento ¶ Et
hoc facere ¶ 4a quod quod huiusmodi evacuatio usque
ad sincopim non debet fieri nisi virtus egrotantis
fuerit valde fortis patet satis ¶ nota quod in
corporibus debilibus et parum sanguineis hanc non
facimus sed solum in robustis et hoc adhuc raro quia
securior est reiteratio ¶ Et similiter primam quantum
ad primam et 2am conclusionem ponit hanc primam
quarta capitulo de quantitate et qualitate quantum ad
3am et 4am 2°no tempore et 2° prime capitulo de
cura febrium putridarum et est utilis et ampliatur
ut patet

Queritur utrum in paroxismo febre apos
temate acutissimo aut dolore fortissimo
debeat medicus evacuare usque ad sinco
pim. Arguitur multipliciter quod non primo quia
omnem actum curativum debet virtutis custodire
sed per evacuationem usque ad sincopim non custoditur
virtus similiter in textu patet quia et alii est galieni quod tota
penitus et in pluribus aliis locis ¶ 2° arguitur
rationibus ... ad colliget capitulo de ingenio
curativo sinocharum quarum prima est non unquam
facit evacuationem usque ad sincopim nisi incurrisse
mala immo nec medicus debet eam facere cum ...
primitatem naturam nunquam potest ¶ 3° arguitur
et est argumentum consider per evacuationem non debet
nisi nocitum quia quale oportet sed nunquam huiusmodi
evacuatio inducit sincopim in textu ¶ 4° quia
evacuatio usque ad sincopim est causa putrefactionis
quia est causa debilitatis caloris naturalis aqua pro
venit putrefactio ¶ 5° evacuatio usque ad
sincopim inducit nocumentum magis quam

iuuamentum respectu rei an(imatae) probatur quia per se
inducit nocumentum et per accidens iuuamen
tum sed fortior inducitur effectus per se quam per
accidens respectu rei ¶ 2° principaliter quod in febre
parata non competit saltem flebotomia cum
sanguis sit frenum colere respectu istius ad idem
quod per tales flebotomias non refrigeratur corpus
respectu rei an(imatae) probatur quia per euacuationem sanguinis
redditur colera parata ebullitioni ut patet in
prima quarti capitulo xx° de flebotomia et caue
ne per flebotomiam egritudo ad alteram ducatur
producas respectu Consimile potest argui de aposte(mate)
acutissimo ¶ 3° principaliter arguitur quod in do-
lore non competit quia dolor prosternit uirtutem
sed per flebotomiam augetur prostratio maxime
si fiat usque ad sincopim item quia in hora
fortis doloris non est flebotomandum prima quarti
capitulo primo similiter in eodem capitulo in forti dolore
primus est sedandum quam euacuandum nam
dicit etiam quod ad diuersum trahere volumus dolo-
rem loci primus seda(ndum) ¶ Ad oppositum est ypo(crates)
in aff(orismo) primi que egerit non et ¶ In questione
primo in generali videbitur utrum in aliquo
casu competat euacuatio usque ad sincopim
2° principaliter videbitur de hiis que tacta sunt
in articulo quomodo scilicet de forti dolore respectu an-
mei competat usque ad sincopim ¶ Primo
nota penes auctores reperiri istos terminos
defectio lipotomia et sincopis et sumuntur
quandoque sicut sinonima et quandoque non est autem
defectio et lipotomia idem et est lipotomia
defectio animositatis et dicitur a lipos quod est defectio
et thimos animus quasi defectio animi ¶
nota quod de sincopi dantur due descriptiones
prima a ga(leno) 2a ab auic(enna) 3i xi tractatu
2° capitulo de sincopi et ex ista diffinitione
sincopis sequitur primo quod in qualibet sincopi fit
aggregatio et motus spiritus ad cor 2° sequitur
quod lipotomia proprie non est sincopis quia non des-
tructio plurium partium virtutis sensibilis et
motiue sed paucarum 3° sequitur causa quare
in superflua euacuatione sequitur sincopis et
similiter in fine flebotomie quandoque 4° sequitur
quare in timore et quare in non assuetis
5° patet quare magis in flebotomia post clausionem
vene fit sincopis et lipotomia quam ante
ceteris paribus 6° quare ex fame et ex
mordicatione oris stomachi fiat sincopis et
multa alia sequuntur ¶ Vlterius nota quod
per sincopim in proposito intelligere debemus

ut g(alenus) 12° terapeutice casum virtutis subito fran-
tum et dicitur casus quia virtus fit impotens [illegible] et
debite mouere et dicitur subito factum [illegible]
casus virtutis qui fit in paulatina resolutione
ut in ethica et thabe ¶ Vlterius nota quod talis
virtutis casus est duplex quia quidam est recupe-
rabilis et quidam inrecuperabilis inrecuperabilis
est magnus est ultimus spiritus et virtutis casus
sed recuperabilis est magnus non ultimatus sed red-
ducibilis hic solet nominari lipotomia que est de-
fectio animositatis ¶ 4° nota quod huiusmodi
sincopis potest contingere propter multas causas
generales tamen ille ad quas alie reducuntur
sunt tres scilicet subitus motus caloris ad cor
eius suffocatio siue prohibitio respirationis
et eius paucitas cum resolutione vnde auicenna
3° ca(pitulo) sincopis est destructio plurium partium
virtutis sensibilis et motiue propter debilitatem cor-
dis et aggregationem spiritus ad ipsum propter tamen mouen-
tem ipsum interius quare non inueniunt spiraculum
aut propter paucitatem et subtilitatem suam quare
non sufficiunt super ipsum qui reperitur in [illegible] sed
statim insurgit dubitatio quomodo ad euacuationem
quam precepit ypo(crates) sequitur sincopis quia non
propter motum subitum caloris ad cor cum potius
expandatur nec propter suffocationem propter idem nec
etiam propter moratoriem suam quia tunc non cessa-
ret sincopis nisi restauraretur spiritus ¶ 2m dubium
quomodo ex forti dolore sequitur sincopis ¶ Ad primum
dubium dicitur quod in euacuatione potest fieri subito red-
ditus spiritus eius cum in toto euacuatur virtus
regitiua totius subito mouet eum ad cor ad
quem subitum motum sequitur sincopis 2° modo
potest dici quod respectu loci euacuationis mouentur
plurimi sanguinis et ex quo plurimi spiritus unde ma-
net cor et spiritu ipsum depauperatur et fit 3a cau-
sa sincopis ¶ Ad 2m dicitur de dolore similiter
quod ut cor spiritu depauperat propter cursum spiritus
ad locum doloris vel quia spiritus subito tra-
hitur ad cor a virtute regitiua ¶ 3° principaliter
nota ut supra euacuatio est duplex scilicet coacta et
regularis ¶ Prima 4° medicus regulariter eua-
cuando non debet euacuare usque ad sincopim re-
parabilem vel inreparabilem probatur quia regulariter
operando nichil debet facere quod corpori infe-
rat nocumentum usque aut euacuans euacuatur usque
ad sincopim est afferens nocumentum maximum
respectu rei quia et an(imatae) ¶ Prima 4a medicus coac-
te euacuando non debet egrotantem ducere usque
ad sincopim inreparabilem probatur quia pellat

+ [illegible] ad [illegible]
aut [illegible]
[illegible]

duceret corpus ad mortem ¶ 3a q° quod in evacuatio potest ducere ad sincopim irreparabilem quam lipotomiam nominamus probatur quia per huiusmodi evacuationem sepe egrum liberat a periculo mortis illa omnia satis patent ¶ Circa ad 2m primo nota quod febris pacuta quedam est de sanguine quedam de alia materia ¶ 2° nota quod quedam ipsa est de alia materia a sanguine vel cum multa admixtione et nota signa distinguentia hec ¶ 3° nota quod in utroque illorum casuum vel virtus est fortis vel non vel corpus est habundans sanguine vel non ¶ 4° nota quod dupliciter potest dici dolor fortissimus primo vel quia valde intensus eo scilicet quod tristis sensatio intensa est valde et tamen virtus est fortis 2° modo dicitur fortissimus quia subicit virtutem nimium prostratis decrevit autem quia primus potest esse sine 2° ¶ 1a q° stante corpore sanguine habundante virtute forti febre acutissima de sanguine cum putredine vel sine ea fienda est flobotomia usque ad sincopim patet ut precedens ¶ 2a q° non stantibus conditionibus illis non licet evacuare usque ad sincopim sed licet aliquam facere minorationem ¶ 3a q° in causa licet cum farmacia evacuare usque ad sincopim stante virtute ¶ 4a q° de apostemate similiter scilicet ponatur ibi pendeat a materia sanguinea vel sanguinem admixta et virtus sufficiat etc. ¶ 5a q° in dolore fortissimo primo modo virtute sufficiente etc. licet sic evacuare et non in dolore 2° modo probatur quia ubi non tolleret prostrationem propter dolorem quo tolleretur istam aliam que fit per sincopim procedentem a multa evacuatione

In acutis passionibus etc. Conclusio aphorismi est quod in acutis egritudinibus raro debet medicus uti farmaciis in principiis acutarum egritudinum nisi materia extiterit furiosa scilicet etc. patet quia et assumptum arguitur ¶ primo nota quod per passiones acutas hic posite intelligit febres pacutas ut exponitur hic videtur commentator licet possit aphorismus generaliter ampliari ad omnes egritudines pacutas in quibus natura non dant inducias digerendi ¶ 2° nota quod per farmacias debemus intelligere medicinas evacuantes digerendo ut tribuit ¶ 3° nota quod huius medicine sunt maxime periculose in principiis pacutarum pro quia ad exhibitionem earum in principio sequuntur nocumenta superius tacta de evacuatione materie ante digestionem eius 2° cum tali farmacia

desse sit calida et morbus etc. sit calidus et siccus etc. ¶ 2° non quod hic maxime intelligendum est de evacuatione eradicativa quia non est dubium de minorativa in tantum ex ut dicitur ante ut supra ex quo habet differentiam inter acutas et cronicas sicut est cum quedam competit evacuatio eradicativa in cronicis autem non licet in utrisque posset competere minorativa ¶ Et hic primus facere ¶ 2a q° aphorismi est quod hanc evacuationem que fit in principiis debemus facere primus diiudicando probatur sic quia ex tali evacuatione conveniunt facta sequitur magnum iuvamentum ergo etc. patet quia et antecedens satis ex dictis ¶ primo nota quod sic evacuando bene diiudicatur primo quia accidentia sunt fortiora in pacutis quam in aliis et ad hunc plura nocumenta possunt sequi ex farmacia laxativo in principio acutarum quam aliarum 2° quia antequam apponimus laxativa in principio etc. debemus iudicare utrum materia sit furiosa vel non quam si non comprehendimus furiosam non est a principio eradicative evacuanda si non fuerit ipsam a principio evacuare ex etc. Et sic finis huius totalis ponitur ab auctore primo contra capitulo de cura putridarum in generali et capitulo de cura 3ne et a quarto in libro de regimine morbi et primo de crisi capitulo sit ibi similiter in sermone suo et 2° regiminis acutorum commento 12° et 16° continet capitulo de hiis que sequuntur febres et est utilis ut patet et ampliatur ut dixi ad omnes egritudines pacutas etc.

Explicit expositio prime particule aphorismorum ypocratis 2m excellentissimum artium et medicine monarcham Jacobum Forliviensem

Utrum sit possibile humorem vel
humores nostri corporis peccare
solum inequali arguitur quod non primo
sic quilibet humor peccans inequali
peccat inquantum ergo etc. patet quia et antecedens arguitur
quia quilibet humor peccans inequali sua qua
litate nocet plus quam noceret si esset ma
ioris quantitatis ergo etc. patet quia et antecedens ¶ 2o
quodlibet superfluens nature membrorum pec
cat inquantum sed quilibet humor peccans in
equali saltem intensive superfluit nature
membrorum ergo etc. patet quia et assumptum
quia non superfluit aliquid nisi ratione qua
titatis nimie similiter si stante inequalitate qualitatis
equali minoraret humor minorat peccatum
sed non minoraret peccatum qualitatis ergo qua
titatis et pars etc. quia est nota cum ante
¶ 3o evacuacio respicit quantitatem per
cante sed cuilibet humori peccanti inequali de
beret evacuacio ergo etc. patet quia cum ante
¶ 4o purgatis deinde loquitur ypocras affo
debet esse sufficiens ergo respicit quantitatem
sufficientem evacuandam sed omnis quantitas
evacuanda est peccans igitur etc. patet quia cum
ante ¶ Ad oppositum videtur galienus in
comento ¶ In ista questione ponam primo
quedam notabilia 2o conclusiones inferam 3o
respondebo ad argumenta ¶ Primum notabile
ad primum sciendum est quod ad permanenciam sani
tatis nostri corporis requiritur temperamen
tum humorum non solum ratione qualitatum
eorum sed etiam ratione sue quantitatis non
enim solum oportet humores nostri cor
poris habere qualitates nature membrorum
nostri corporis convenientes sed etiam hoc requi
ritur suas quantitates non esse nimis exce
dentes vel diminutas nimis ita sicut signan
da est mensura debita supra temperamentum
debitum inequalitatibus humorum a qua si recessisset
humores dicuntur peccantes et distemperati ita
est signare mensuram quantitatis eorum determina
tam a qua si recessierunt dicuntur peccantes quan
titate ¶ Ex quo patet primo quod possibile est humo
res nostri corporis non esse excedentes nec
diminutos ratione suarum qualitatum tamen ipsos
fore excedentes vel diminutos vel ratione su
arum quantitatum ut si in sancto naturaliter
disposito debeat esse sanguinis una libra colere
duorum graduum caliditatis et in eo essent
due libre duorum graduum caliditatis ¶ 2o

patet quod humores nostri corporis non esse ex
cedentes nec diminutos ratione quantitatis quan
tum ratione suarum qualitatum erunt exce
dentes vel diminuti ut si in sancto debeat esse
una libra colere duorum graduum caliditatis
et in eo foret una libra colere trium graduum
caliditatis ¶ Similiter patet humores posse
2m utrumque ab utroque temperamento posse
recedere quia satis esse excedentes vel di
minutos a temperamento quantitatis et simul qualitatis
primum vocatur peccatum inquantum 2m inequali
3m in utroque si enim in primo casu non esset
excessus quantitatis nullum foret in humo
ribus peccatum et si in 2o casu nullus foret
nullus foret in humoribus qualitatis excessus
et sic nullum foret in humoribus peccatum
¶ Ex quibus sequuntur iste conclusiones prima
possibile est humores nostri corporis peccare
inquantum et non inequali quia possunt re
cedere a temperamento ratione quantitatis
et non recedere ab eo ratione qualitatis
ergo etc. patet quia et antecedens expositum supra
¶ 2a quod sequitur quod possibile est humores
nostri corporis peccare inequali et non per
cum inquantum patet similiter ut precedens
¶ Tercia sequitur quod evacuacio que debetur
humori peccanti inequali tantum non debetur
sibi ratione sue quantitatis sed ratione sue
qualitatis quia quantumcumque foret in corpore
quantitas humorum modica adhuc illi humo
ri peccanti inequali debetur evacuacio similiter
quia tali humori non competit evacuacio nisi
ratione qua est virtuti membrorum disconveniens
sed hoc non est nisi ratione qualitatis enim
quam cito ab eo foret remota mala qualitas
tam cito foret virtuti membrorum conveniens
ergo etc. ¶ Ex qua sequitur quod humoribus
nostri corporis non inquantum nec inequali
peccantibus statim supervenit peccato
qualitatis supervenit peccatum inquantum vel e
quia quam cito aliqua pars illorum facta
est peccans inequali tam cito minor est quanti
tas humoris laudabilis quam esse debet
secundum naturam ergo etc. ¶ 5a quod est ypocras in
presenti afforismo solum loquitur de peccato
humoris inequali patet ex modo suo loquendi
¶ Ad argumenta ad primum dicitur negando
antecedens ad intellectum dictum ad probacionem
dicitur negando quam illam si quilibet humor etc. sua
quantitate obest etc. licet enim noceret sua

qualitate non tamen est quantitas 2m se disproportionata virtuti vel nature membrorum quod tamen requirit illa ratio. ¶ Ad 2m dicitur negando assumptum et ad probationem similiter negatur. Omnis potest enim humor superfluere ratione sue qualitatis. ¶ Ad aliam confirmationem dicitur quod ceteris paribus non possit minorari quantitas humoris quin minoraret peccatum inequali licet enim non minoraretur mala qualitas humoris intensive minoraret tamen extensive igitur. ¶ Ad 3m dicitur licet evacuatio respiciat quantum peccans tamen non necessario respicit illud peccans ratione sue quantitatis. ¶ Ad 4m argumentum dicitur quod licet omnis quantitas evacuanda sit peccans non tamen omnis talis est peccans ratione quantitatis. Et sic est finis huius questionis. ¶ Respondendo ad questionem tactus est unus modus respondendi nunc autem tangetur modus probabilior. Veniendo ad questionem. ¶ Quantum ad primum sit hec prima distinctio duplex est quantitas vel quantum scilicet generalis et specialis in humore peccante intelligendo per quantitatem generalem omnem dispositionem qua humor peccans denominatur superfluus sive sit propter grossitiem vel propter subtilitatem eius vel viscositatem nimiam, per specialem autem auctus vel diminutus ultra vel citra mediocrem quantitatem illius humoris nature convenientis. Consimiliter in humore inequali peccante duplex est qualitas vel quale scilicet generalis et specialis. Qualitas generalis est omnis dispositio in humore reperta per quam humor denominatur nocivus sive impeditivus nature vel mordicativus vel stimulativus omnis enim dispositio per quam humor reddit nocivus vel disconveniens nature est qualis generalis et sic quantitas erit qualis ad istum sensum. Qualitas specialis quando per aliquam specificam qualitatem reddit humor nocivus vel quia nimis calidus vel propter frigiditatem nature nocivam vel disproportionatam. Vel est specialis qua denominatur calidus vel frigidus vel alia specifica denominatione de genere qualitatis. ¶ Ex ista sequitur 2a distinctio quod humorem peccantem inquanto non peccare inequali possumus intelligere vel quali generali vel speciali. ¶ Tunc sit prima conclusio omnis humor peccans inquanto generali quia superfluus peccat inequali generali quia nocivus et ergo patet quia quilibet talis est nocivus et superfluus. ¶ 2a ergo quilibet humor peccat inquanto speciali quia auctus sive diminutus peccat inquanto generali quia superfluus et quali generali quia nocivus patet ut precedens. ¶ 3a ergo similiter quilibet peccans inequali speciali peccat inquanto et quali generali patet quia quilibet talis est superfluus et nocivus quia detur humor nimis calidus tunc est superfluus ergo peccans in quanto generali et si est superfluus tunc est nocivus igitur peccat inequali generali. ¶ 4a ergo non quilibet humor peccans inequali speciali peccat inquanto speciali nec ergo probatur quia non quilibet humor est auctus vel diminutus citra mediocritatem quantitatis et mensure illius humoris patet intelligenti. ¶ 5a ergo probabiliter ponitur stat aliquem humorem peccare inquanto generali et inequali generali qui tamen non peccat inquanto speciali nec quali speciali a temperamento gradualiter recedente patet de sanguine ad gradum temperamenti ducto per coleram putridam secum mixtam. ¶ Ultima ergo licet ita sit iste tamen humor peccat inequali temperamento scilicet disproportionato membro sive complexionis patet intelligenti. ¶ Et notabiliter specialiter quod humor diminutus in quantitate qui esset corpori conveniens dicitur peccans inquanto ad sensum datum quia est recedens a mediocritate illius humoris que mediocritas esset nature conveniens et proportionata ita dicitur de peccante inquanto quia si sit auctus dicitur peccans quia excedit mediocritatem mensure illius humoris peccatum inequale est quia humor membro sive qualitas a temperamento vel mediocritate eius humoris recedit et sit virtuti disproportionatus propter talem qualitatem etc. ¶

Utrum ingenium dictando sit necessarium sive indicationem a virtute. Arguitur quod non primo nec propter subtiliare nec propter ingrossare dictam hic apparet quod illa ratio patet quia et assumptum arguitur primo non propter subtiliare quia per quantum subtiliationem virtus debilitatur nec propter ingrossare quia per ingrossationem morbus augetur et totus gravat si nec sunt

morbum augeri nec virtutem debilitari 2
responsio patet quia et alias intelligenti satis no-
tum est 2o a virtute nulla sumitur indicatio
prima pars patet ubi debetur remississima dieta
¶ 3o in effimera a virtute parva aut
nulla indicatio sumitur ut Galienus 8o terapeutice
si possibile est aliquam febrem putridam
debiliorem esse aliqua effimera data igitur
responsio patet quia et alias similiter responsio ¶ Ad oppositum
est ypo. et galienus in argumento primo in quo
videbitur declaratio istorum similiter indicatio
a virtute indicatio a morbo et sic de a-
liis indicatio fortis indicatio debilis responsio
2o respondebitur ad quesitum ¶ Quantum
ad primum primo nota per indicationem in proposito
intelligere debemus indicium in mente me-
dici generatum ex notitia alicuius circumstantie
circa corpus egrotantis considerate vel
cogitate propter quod medicus indicat sic vel
taliter operandum esse sibi gratia dicimus per
indicationem sumptam ab etate deberi cibum
mollem quoniam ex notitia particularis cir-
cumstantie que est in hoc corpore in puericia quia
molle corpus est iudicio et appinio hunc de-
beri hinc indicatio prima sumpta a virtute
non est iudicium vel assensus quidam in mente
medici generatus ex notitia modi se habendi
virtutis quo indicat vel assentit sic vel
taliter operandum ¶ Consimiliter proportionaliter de indica-
tione sumpta a morbo etate etc. dicendum
est/ per indicationes autem fortem intelligere
debemus indicium iam dictum quo assen-
tit medicus sic vel taliter multum forte ope-
randum ¶ Contra autem per debilem 2o autem prin-
cipaliter premittendum est virtutem dupliciter
contingere debilitari primo per comparationem sui
ipsius in primo tempore / 2o per comparationem
ad morbum eodem modo fortificari ¶ Consimili-
ter proportionaliter dicendum est de morbo ¶ 3o premit-
tendum quod licet virtus semper indicet se esse
conservandam cum sit res naturalis et morbus
cum sit res preter naturam removendus
non tamen semper equaliter indicat virtus sui con-
servationem et morbus sui ablationem
ipsa enim fortiori magis indicat et debilitari
plus et econtra morbus ¶ Ex quo patet quod sicut
indicationes morbi et virtutis sibi invicem
opponuntur ita et modo opposita fortis et
debilis indicat quanto enim virtus est
fortior tanto indicatio sumpta ab ea est

debilior ceteris paribus et econtra fortior ¶ 4o
principaliter premittendum est quod contingit virtutem
dupliciter debilitari scilicet per resolutionem et a-
gravationem aliquam fortius indicant debili-
tas agravationis quam resolutionis quandoque
econtra unde aliquando consentimus virtutem aliquam
debilitari per resolutionem ut tollatur debilitas
agravationis sicut in morbo multe replecio-
nis aliquando autem econtra facimus ut virtutem mediocriter
debilem ingrossamus ut tollatur resolutio licet
augeamus morbum et virtutem aliqua agra-
vemus ¶ Hiis premissis sit hec prima conclusio
Omnis dieta citra corpus egrotantis debi-
te ordinata indicatione sumpta a virtute
mediate vel immediate sive subtiliet sive
ingrossetur est ordinanda probatur sic in
qualibet egritudine tamen ordinare debemus
dietam sive subtiliemus sive ingrossemus
quod virtus remaneat ... potentior super
morbum quam fuit vel aliam est sine illa pars
qua et alias colligitur in argumento ut enim vir-
tus custodiatur et non morbo ¶ Ex ista
conclusione sequitur quod tam tenuissima quam grossis-
sima dieta ... indicatione sumpta a vir-
tute pars satis ex quo ... intelligenti ¶ 2a conclusio
licet ita sit non tamen quelibet indicatio in
ordinanda dieta sumitur immediate a vir-
tute patet quia aliqua immediate sumuntur
a morbo ut in virtute forti in parva egritudine
indicatio esse dandam tenuissimam dietam
quia indicat morbo maxime resisten-
dum et opponendum ideo immediate sumitur
indicatio a morbo mediate tamen a virtute
quia non talem ordinamus dietam nisi ut
virtus reddatur fortior super morbum ¶ 3a conclusio
... aliquando sumitur indicatio de ordinanda die-
ta a sola virtutis dispositione et non morbo
patet in vera declinatione ubi virtus remanet
multum resoluta et in sanitate et in conva-
lescentia etc. ¶ 4a ... licet ita sit semper
tamen in corpore egrotante ordinando die-
tam sumitur indicatio a virtute in comparatione
ad morbum patet satis ex precedentibus
¶ 5a ... licet per nimiam subtiliationem diete
fiat virtus absolute debilior quam fuit
in morbis tamen salubribus ipsa diminuta
fit virtus respectu morbi proportionaliter fortior quam
prius patet quia in morbo salubri est proportio ma-
ior inequalitatis virtutis ad materiam morbi
per dietam tenuissimam non plus resolvitur

nisi debilitatur absolute virtus quam minor
huius ergo remanet maior porcio simul tamen cessat
quia melius morbo applicantur instrumenta
¶ Ad 2ᵐ ergo licet per ingrossacionem incidunt in
morbo absolute plus augeantur morbi quam
permanent augeatur non tamen in comparacione
ad virtutem plus maioratur sed pocius minoratur
ista satis patent intelligenti ¶ Ad ar-
gumenta patet solucio etc. ¶

Utrum in statu morbi accidentia ultimentur
et arguitur quod non primo post statum mor-
bi accidentia quandoque augmentantur ergo in sta-
tu non ultimantur quia nota et arguit
probatur quia usque ad statum procedit virtus
debilitando et morbus maiorando ergo in statu
est maior porcio morbi ad virtutem quam unquam
quam ante et post per tempus potest
virtute magis infestare et accidentia facere fortiora
totum argumentum satis patet ¶ 2ᵒ in statu
morbi est materia minus maligna quam ante
ergo accidentia minus prava quia nota et dicitur pro-
batur quia continue usque huc egit virtus et calor
naturalis materiam digerendo ¶ 3ᵒ in prima
parte status ultimantur accidentia nec in 2ᵃ igitur
in nulla et per consequens nunquam ultimantur in statu 3ᵃ
nota et antecedens probatur quia in tota prima me-
dietate augentur et in tota 2ᵃ medietate di-
minuuntur ergo etc. ¶ 4ᵒ in statu pleuresis accidentia
non minorantur ergo etc. quia nota et antecedens probatur
quia in statu pleuresis fit habundancia sputi
et tunc minorantur accidentia ut dicit 3ᵒ canonis
fen 10ᵃ ¶ 5ᵒ causa faciens morbum et ac-
cidencia est minor in statu ergo etc. quia nota et
antecedens patet quia ante statum aliquid de materia
resolvitur ¶ Ad oppositum fuit galienus in co-
mento huius lectionis primitus pro quedam pre-
ambula 2ᵒ ponam conclusiones responsivas ¶ Quan-
tum ad primum primo nota quod quidam est morbus ma-
lus et quidam salubris et per morbum malum
intelligo morbum dependentem ab aliqua
materia in corpore contenta preter naturam per
morbum autem salubrem intelligo morbum a
nulla tali causa sive materia dependentem exemplum
primi sicut putrida febris sicut 2ᵃ exemplum 2ᵈⁱ
sicut ethica ¶ 2ᵒ nota quod in morbis materialibus
salubribus cum quilibet talis habeat quatuor
tempora illa tempora distinguuntur quandoque penes
digestionem materie facientis morbum et quandoque
penes accidentia exemplum primi tunc dicimus principium
morbi quando materia incipit digeri a natura et
[illegible] tamen secundum quia non apparent signa ma-
nifeste digestionis tunc dicimus esse augmen-
tum quando apparent signa manifeste digestionis
materie tunc autem est status quando apparet materia
summe digesta quia secundum non videtur digestio
maiorari inea sensibiliter tunc autem est declinacio
quando materia sensibiliter expellitur vel [illegible]
vel resolvitur ¶ Nota tamen quod non est ymagi-
nandum quod status sit tempus in quo cessat
virtus vel in quo nichil agit in materiam de di-
gestione sed sic videtur digestio stare quia sensibiliter
non videtur maiorari ¶ Contra tunc est maior
conatus virtutis in digestione et faciat et
tamen hic materia est magis disposita ut digeratur
ergo tamen melior est digestio materie id est
fortior sed in augmento fuit sensibilis
et tunc quia nota et antecedens per se negatur
illa quia quod igitur secundum prima digestio fuit sensibilis
et illa que est in statu exemplum 2ⁱ tunc erit est
principium quo ad accidentia quando accidentia incipiunt
et tunc sunt remissa tunc augmentum quando
sensibiliter intenduntur tunc status quando stat
in ultimitate sua tunc declinacio quando sensibiliter
minorantur ¶ 3ᵒ nota quod morborum malorum
salubrium quidam servant materiam ad unicam
expulsionem certam et quidam non exemplum
primi ut morbi acuti quales ut causon exemplum
2ⁱ ut 2ᵃ pleuresis ¶ 4ᵒ nota quod in hiis dif-
ferunt tempora morbi in reservantibus materiam
ad unicam expulsionem et non reservantibus
quia in reservantibus quantum ad illa tempora
penes digestionem et penes accidentia [illegible]
aut non quia primo precedunt accidentia postea
non sequitur digestio ut in pleuresi ergo pre-
cedunt accidentia fortia post ipsa sequitur sputum
¶ Ultimus nota quod accidencium contingentium
in egritudinibus quedam contingunt vi morbi
agentis in membra et quedam vi motus
nature temptantis materiam digestam ex-
pellere ¶ Prima ergo in augmento morbi materia-
lis salubris in statu accidentia ultimantur probatur
quia alii ultimantur sed non in principio nec declina-
cione nec in augmento ergo in statu iste probatur
accidens temporis metus in fine illius tem-
poris esse intensius quam unquam ante
sed accidentia usque ad statum continue intenduntur
ergo in statu sunt intensiora quam unquam
ante et etiam sunt intensiora quam alii
post quia post statum est declinacio ¶ 2ᵃ ergo
in eundem morbi malis reservantibus materiam

ad vincam expulsionem statum accidentia
ultimant^r patet gal^s infra. Item quia in
statu advenit crisis. ¶ Ad 9° distinguendo
de tempora potest accio i morbis matia
libus non resistantibus materiam ad vincam
expulsionem [illegible] ultimant^r in statu patet
[illegible] quo ad acc^a ¶ Ad 9° dis
tinguendo tempora morbi penes digesti
onem materie in statu non ultimant^r acci
dentia probat^r 1° quia in prin^o quo ad acti
one virtutis ultimant^r acc^a quamvis non
appareat sensibile vestigium actionis nature
i materiam 2° ref quia nota et a^m probat^r
in plenitudinem eius e prin^o quo ad actu^a insurgit
ascere ad plenarium augmentum quia sensibi^{li}
angetur adinone talis materie unde fit ma
gna intensio et solucio grauis extensio status
quando tota materia effluxit et notum e
quod adhuc non appet sensibile vestigium ac
tionis nature i istam materiam licet aliqualiter
egit natura io adhuc e prin^m quo ad acti
onem virtutis i materiam et sic qualiter dicta
tam correspondebunt tempora augmenti
status et declinacionis quo ad actionem
virtutis ¶ Ad argumenta patet resp.

Utrum egrotantes in statu vel
parum ante statum sint magis
tenuit^r dietandi quam in prin^o
vel augmento notant^r precedente
et in prin^o sunt grossius reficiendi quam
versus statum. Et arguitur multipliciter quod non
primo in prin^o virtus e magis intenta digesti
oni et occupata quam in statu 2° ref a^m arg^r
quia tunc materia fortius resistit digesti
oni ergo oportet fortius operari materiam ad ipsam
digestionem et per consequens ref. ¶ 3° in statu
egritudinis i materialis e egrotans ma
gis reficiendus 2° a^m probat^r quia tunc
nulla e causa a qua sumatur indicatio
de subtili tantum dieta non fit incra ma
teria quam occupandam oportet virtutem occu
pari tunc tamen existente causa fortius
indicante cibi ablacio non est sed virtutis
resolucio maior 2° ref ¶ 4° stante i prin^o
morbi replecione suffocativa vel vir
tutis valde oppressiva morbo cronico ex
istente debet a prin^o in dieta magis te
nui quam in statu vel versus statum igitur
ref pr quia et a^m intelligenti Et colli^z
de mente Avic. prima quarti cap^o de

cura fle^{ce} ubi primo subtilis vir regimine
et post ingrossat ipsum et cap^o de cura
que et cap^o de cura a sanguine ¶ 5° a
tempore nulla sumitur indicatio diete
ordinande 2° ref pr quia et a^m colligit^r
2° et 4° de regi^e sanitatis ¶ 1° ad prin
cipale arguitur auctoritatibus Avicenne
1^a 3^a tractatu 9° cap^o de plenitudine [illegible]
e copia spiritus qui est in statu oportet ingrossare
dietam et 2° regiminis acutorum quando
e plus digestionis ipsi sunt magis reficie
ndi et debet satis ad finem Item 6° tercie
in processu febrium competit vi^m et
12° in processu docet exhibere carnes [illegible]
[illegible] gallorum ref ¶ 2° quia egri
in prin^o incognita [illegible] est subtiliacio
regiminis i patet quia et a^m colligit p^a
quarti cap^o de cura febricitantis in gene
rali et de cibacione febricitantium item
panegiastica que procedit ref ¶ Ad o^m
est ypo. primo afforismorum et gal^s in commento
illius afforismi Et Avicenna 9° [illegible] Avicenna
prima fen prima quarti capitulo de cura vel ci
bacione febricitancium ¶ In ista questione
primo premittenda sunt quedam preambula
[illegible] e ad questionem ¶ Prima
[illegible] premittendum e primo esse sermo
nem in questione de morbis materialibus
de talibus enim loquitur ypo. in afforismo et non
de i materialibus ¶ 2° premittendum e quod
cum medici loquuntur de statu egritudinis
distincte ab aliis temporibus sic quod habet
[illegible] certe veritate propinquam de dis
tancia et propinquitate status et quando non
[illegible] sicut frequenter in [illegible]
2° sicut in [illegible] ¶ 3° premittendum [illegible]
[illegible] auctorum et doctorum triplicem esse ci
bacionem quedam e regularis sive electiva
quedam irregularis sive coacta quedam
temptativa intelligo autem per regularem illam
quam sponte 2^m canones eligit medicus
nulla forti indicacione ad o^m [illegible] primo
[illegible] virtute existente forti et mor
bo acuto quod tenuis exhibeatur dieta ¶
autem appello coactam quam sponte eligit me
dicus egrotanti aliquid nocumentum inferendo
ut maius caveret et aliqua forti indicatione
i de opposito medicus promovere sicut quod
in statu egritudinis exhibeat dieta gros
sa dicitur esse cibacionem coactam ad hac

cum sequitur notabile nocumentum ut in-
flamacio et augmentum morbi ut manus
periculum si casus virtutis timeatur et e-
fectus indicacio ad oppositum scilicet paucitatem ci-
bi Et colligitur hic modus loquendi ex
philosopho 2° ethicorum tractatu de involuntario
ut patet ... proiciente merces in mari se-
cundum actus dicitur partim involuntarius per
dietam autem temptativam intelligo dietam
corpori egrotantis exhibitam ut morbus
aut disposicio morbi innotescat sicut etiam in
cuius stomacho acetosatur cibus docet Galenus
in primo interiorum exhiberi mel et cibos in-
ceptos acetosari ad cognoscendum an ex dis-
posicione stomachi vel cum pervenit aceto-
sacio cum dieta ¶ Secundo principaliter premittendum
titulum questionis intelligi posse tam in egri-
tudinibus materialibus materiam resinantibus
quam non reservantibus et tam de statu et
principio accidencium quam quo ad digestionem
materie ¶ Quantum ad 2m primo videbitur
de materialibus resinantibus 2° de non reser-
vantibus materiam habentibus statum remo-
tum aut non multum propinquum de quibus
in questione est sermo ¶ Sit ergo hec prima
2° quod in morbis reservantibus materiam ad vni-
tatem expulsionem debita temporum morbi
cognicione stante debet medicus in principio
uti dieta grossiori versus vero statum
ipsam attenuando procedere regulariter
dietando hec 2° videtur de mente Ypocratis
in afforismis et Galieni in commento et Avicenne
in locis preallegatis Et persuadetur racione
quia sicut pugna virtutis respectu est forcior
sic est virtus magis diversenda et cibo oc-
cupanda sed in egritudinibus iam dictis
sicut plus ad statum procedit sic est pugna
virtutis contra materiam forcior igitur etc. quia
patet cum ante ¶ Ex ista sequitur quod semper
indicacione sumpta a virtute constante
et morbo in comparacione ad statum versus
statum procedere debemus subtiliando
¶ 3a 2° licet ita sit in via tamen coacte
regulariter dietando contingit in statu mor-
bi ubique ante statum egrotantem cibare hec
2° patet in multis casibus primus casus est
ubi timeatur virtutis casus et colligitur
in commento / 2us casus est ubi sit corpus
paratum ad ... vel ... propter
quod timeatur casus virtutis in ... quem

casum colligere poterit prima quarti ex
decubacione febricitancium cum pluribus
aliis / 3us casus est ubi in principio est multa
quantitas materie propter maiore suspiciosum
de suffocacione subita quam ... vir-
tutis aut augmento morbi si grossa
dieta sit daretur usque ad processum status
et generaliter ubicumque fuerit aliqua causa
fortis indicans in attenuando quam indi-
cet distancia status ingrossacionem diete
¶ 3a 2° est hec quod etsi in via dieta temp-
tativa licet in principio morbi dum fuerit magis
quam in statu attenuare dietam patet ubi
medicus ignoret egritudinem sunt cum
licet attenuando aliquid sequatur nocumentum
minus tamen sequitur iuvamentum quia per
subtiliacionem manifestabitur magis pugna
virtutis contra materiam et ex consequenti vide
manifestiora fiant morbi ipsa accidencia
et ex consequenti innotescat morbus in ... quare
melius contra ipsum procedere poterit me-
dicus hanc conclusionem voluit Avicenna quarta
primi dum sequitur et cum ignoraveris egri-
tudinem remitte eam nature vel subtilia
regimen etc. ¶ Ex ista contra sequitur 2°
quod ubi status distancia aut morbi essencia
fuerit medico incognita licet ... in ...
versus statum dietam magis quam in principio
ingrossando procedere patet quia ... ubi
medicus in principio crediderit statum futurum
esse in septima vel xia propter accidencium
intensionem et ordinavit dietam in principio
ac si in die tali status evenisset deinde propter
materie inobedienciam aut virtutis pi-
grieciam percipit statum multo distanci-
orem quia si tardius hec materia movebitur
in casu isto licet postea per tempus dietam
ingrossando procedere hec autem frequenter
contingit ubi materia faciens febrem fuerit
multum difformis et contingit primo subtile
posterius autem grossam moveri ad putre-
dinem ¶ Quantum ad 3m premittendum
primo quod in morbis non resinantibus etc.
tempora quo ad digestionem materie et
quo ad accidencia contra se invicem distinc-
ta non concidunt ut declaratum fuit
in plenius cum primum diffiniens includit
augmentum statum et partem declinacionis
accidencium ¶ 2° premittendum est quod in ta-
libus ut plenius possimus comparare quantum

ad dietam eius debitam principium digestionis
statum digestionis 12º principium accidentium
statum accidentium 13º principium accidentium
statum digestionis 14º principium digestionis
statum accidentium Et iuxta hec sequuntur
alique conclusiones ¶ prima quoad regulam cibi
dietando quia sumpta indicatione a mor
bo et virtute facta mediatione ad statum
in principio quo ad digestionem non debet esse
dieta magis tenuis et in statu grossior
probatur quia in principio stat multo maior re
plecio cum serenitate accidentium in statu non
est ut patet ex dictis et patet quod eum
ante ¶ 2ª quod comparando principium accidentium
statum accidentium ubi status tantum fuit
distans quod necessarium sit temporibus huius
gradum tenere dietam subtilior dieta in statu
competit in principio vero grossior patet quia
fortior est pugna et maior accidentium
sevitas ut dictum est ¶ 3ª quod quod in principio accidentium
competit dieta subtilior quam in statu di-
gestionis probatur quia virtus est tunc ma-
gis occupata et est timor de augmento
morbi sed in statu digestionis non est ita
tum quia sunt in ultimo declinationis accidentium
ut dictum est ¶ 4ª quod comparando principium digestionis
statum accidentium in aliqua parte eius gros
sior et in aliqua eque grossa vel subtilis
debetur dieta patet quia principium digestionis
includit finem augmenti et statum accidentium
sed in principio accidentium debetur grossior quam in toto
principio et in statu ita subtilis ut patet ut dictum est
¶ Ad argumenta principalia ad primum di-
cendum [illegible] et dicitur ulterius quod licet
materia in principio plus resistat minus tamen
in membra eius malitia imprimit quam [illegible]
tamen pervenit virtus in materia ut dictum
est ¶ Ad 2m dicitur hec esse sermonem
de morbis quid autem de malis sit dicendum
alias patebit ¶ Ad 3m ponam conclusionem
supra positam patet qualiter sit respon
dendum Eodem modo ad 4m et ad sextum
de augmento vero dicere possumus primo
quod est [illegible] eius status est medium non
cognitus propter brevitatem unde per cognoscere
aliter esset procedendum vel aliter ut [illegible]
dicitur considerando ad quod deducit regimen
et quod questio intellecta est de morbis habe
tibus statum remotum notabiliter qualiter
non est de paroxismatica et in istis non cadit

quotidiano dicto ut dictum est

Utrum deterius sit egrotantem
in principio paroxismi cibare quam in ali
quo alio tempore Arguitur quod simul
[illegible] quod in principio in principio paro
xismi calor naturalis est vigorosior quia
magis unita est virtus fortior quam ipsa
dispersa ut dictum est quia non dum sibi advenit
resolutio sicut in statu et augmento ut dictum est
¶ 2º in principio ubi convenientius est cibare
quam in aliquo alio tempore ut dictum est 4ª sum
periis habetur est et quia videtur tunc eum
eadem videtur habitudo particularis principii
ad statum particularem et universalis ad [illegible]
ut dictum est ponentes sextam febrem febre co
lerica dominabili prima principiis primus
paroxismi et medium ad salutem [illegible]
sit quod finem vel sit in principio paroxismi augme
tum in augmento et sic deinceps Et arguitur
tur sic minus mala hora cibandi forte in isto
tamen est tempus principii vel salte com
paratione augmenti et status sed eadem est
hora principii vel et particularis ut dictum est
¶ 2º in statu est virtus circa materiam ma
gis occupata fuerit et accidentia fortiora
in principium est virtus minus cibo occupata
tenet quia [illegible] et 4m quia tunc
calor preter naturam est intensior et fortius
in membra imprimens sed [illegible]
te [illegible] capo de cibatione [illegible]
[illegible] ¶ [illegible] patet [illegible]
in principio augmenti accidentis status [illegible]
accidentia status quam principium ut dictum est ¶ 3º dete
rius est egrotantem cibare in augmento ut
dictum est 4m arguitur quia augmentum [illegible]
que [illegible] cum principio et statu ut col
ligitur [illegible] fel [illegible]
[illegible] in augmento augmentur
accidentia status et principium [illegible]
et [illegible] ut dictum est ¶ [illegible]
[illegible] accidentia [illegible] et arguitur
[illegible] quia nocumentum principium [illegible]
[illegible] aliis temporibus [illegible]
[illegible] ut declarabit ut dictum est
questione [illegible] in principio [illegible]
eius tempore paroxismi sunt [illegible]
[illegible] respondebitur ad questionem ¶ [illegible]
ad principium primo tamquam quinque modum respon
dendi [illegible] tamquam [illegible]
[illegible] videndi ¶ primo premitto

hanc suppositionem quod in principio paroxismi
calor ad interiora trahitur subcluditur
et materia suffocatur in statu totaliter est calor ex
expansus simul cum vaporibus inde proce
dentibus in declinatione vero vapores sunt re
soluti et calor versus naturalem tem
periem ductus in augmento licet sensibiliter
non tamen totus est expansus ergo non sequitur
dispositionem augmenti quodammodo esse per
participationem mediam inter dispositionem
status et dispositionem principii patet satis in
telligenti ¶ Secunda suppositio est hec quod tempore
paroxismi declinationis accidentia extrinsecalia
opponuntur accidentibus principii patet quia in principio
calor est interius submersus et putridi
vapores plurimi in declinatione vero to
taliter exalavit quasi igitur etc. ¶ Tertio pono
accidentia paroxismi fore duplicia quedam
consequentia virtutis complexionis oppressionem
et agravationem a materia et quedam que ipsius
resolutionem consequuntur inter impressionem quam
facit caliditas preter naturam in membris Tunc
sit prima conclusio illa quod accidentia consequentia resolutionem
illius virtutis etc. sunt in statu deteriora
patet quia tunc calor preter naturam est inten
sior ergo magis resolvit igitur etc. patet quam
et aliter intelligenti ¶ Secunda conclusio sit hec accidentia
que oppressionem [illegible] etc. fortiora sunt in principio
patet cum materia sit amplior grossior et fri
gidior etc. ¶ Tertiam quam ponit quidam
probabiliter quod absolute deteriora sunt ceteris
paribus accidentia principii quam accidentia status per
suadetur sic per [illegible] virtute ut [illegible]
sic oppressionem igitur etc. ¶ Ex accidentia principii et decli
nationis sunt communiter opposita sed accidentia
declinationis sunt omnibus accidentibus
omnium aliorum remissiora igitur et accidentia principii
sunt deteriora et pessima Item ut plurimum
patet egrotante magis in principio quam in statu
infestari et perturbari Et pro isto videtur
expresse mens galieni primo regimenti acutorum
commento allegato ¶ Quarta conclusio sequitur
quod in aliquibus morbis principio vel accidentia
sunt deteriora quam in statu universali
accidentium eius [illegible] ut in febre flumatica
primum paroxismum et hec est intelligens de acciden
tibus consequentibus oppressionem sine agravationem
non autem impressionem caloris ut alias tac
tum est ¶ Quinta conclusio sequitur post statum deterior
hora est augmentum et ultima declinatio

hec patet satis Sed arguitur quod status non est de
terior hora augmento quia si sic sequeretur
quod fieret transitus de extremo ad extremum
sine medio quod est falsum ponendo a esse
instans terminativum principii versus augmentum et
queritur utrum tunc sit deterior hora quam
status vel minus prava si primum habetur propositum
si secundum et immediate ante hoc erat pravior
statu quia erat principium igitur etc. ¶ Item aut gra
dus mali principii et gradus mali status inve
diat malitia augmenti quia maior est ma
litia status et minor malitia principii sed non potest
fieri falsum igitur etc. ¶ Pro isto oportet dicere vel
non totum principium esse deterius statu quia solum
pars eius terminata ad augmentum vel oportet dicere
non totum augmentum esse minus malum statu
quia solum pars eius aliqua ad finem termina
ta est deterior ¶ Ego autem ad questionem aliter
respondere sicut respondere consuevi p
mitto quod materia peccans febrem paroxismalem
faciens aut est multe grossitiei et quantitatis
et pauce inflamabilitatis et quam ea se hec
quia multum inflamabilis est et subtilis val
de et non quantitatis multe ut materia valde a
cuta ¶ Secundo premittendo quod virtutis oppressio
consequitur multitudinem et grossitiem ipsius
materie opprimentis et gravantis vel suf
focantis resolutio vero maxime consequitur
intensionem caliditatis preter naturam ipsius
materie resolventis et ista hoc infero ali
quas conclusiones ¶ Prima quod est possibile est accidentia
principii fore absolute deteriora accidentibus
status probatur quia possibile est materiam
esse talis dispositionis ut ipsa sit magis nociva
agravando et opprimendo quam resolvendo
ut materia existente multa et grossa dif
ficile inflamabili ut flegmatice frigide val
de ledit in principio et in statu parum in quo casu
magis timet egrotans periculum in principio quam
in statu ¶ Secundo sequitur quod possibile est econtra accidentia
status fore absolute deteriora accidentibus
principii probatur possibile est materiam opprimendo parum
inferre nocumentum que tamen in principio po
stea sua caliditate intensa multum resolvit
et prosternit virtutem igitur etc. patet quia cum
in quo materia sit furiosa in principio cum parum
opprimit ut patet in statu multum resolvit
in quo casu timor est de perditione in statu et
frequenter oportet exhibere cibum Ex quibus sequitur
tertio quod possibile est accidentia principii et status eiusdem

paroxismi egritudinis fore peiores eque mala patet quia possunt esse deteriora in principio et etiam possunt esse equaliter mala absolute

¶ Et sequitur 2o quod possibile est in principio universalis alicuius egritudinis accessionem absolute fore se niora et peiora quam in statu et adhuc minus mala et adhuc equaliter mala ut supra declaratum est ¶ Pro auctoritate vero galieni notetur universaliter principalis accessionem esse deteriorem dicendum est illud esse verum ut frequentius talis autem ger exposicio multociens eius sicut est ista sermo sua ¶ Ad argumentum vero dicente quod declinacio opponitur principio dicitur quod sic quo ad quia si forte quo ad materie multitudine et paucitatem sed non quo ad accidencium pravitate principio equaliter possunt ¶ Sed nota ad ista articulum permittendo principio quod accessio apta sequi cibacione facta in paroxismo quia et principalia sunt quatuor primum est additio in suffocacionem scilicet submersione caloris in interioribus et virtutis aggravacionem 2um est prolongatio paroxismi 3um multiplicatio superfluitatum 4um est augmentum inflamacionis secundum quod omnibus plene circa literam tangebat ¶ Tunc permitto quod et frequentius deteriora fore accidencia principii quam statu vel augmenti et hec in principio articulo declaratum est ¶ Prima 2o quod aliquod accidens emergens contingens est deterius esse cibare in augmento vel statu quam in principio paroxismi patet satis manifeste quo in augmento vel statu supervenit alicuius paroxismi ¶ Tamen dicitur quod tunc deterius esse in augmento vel statu cibare quam in principio ¶ Tertio quod virtute forti et paroxismo salubri vel ducto nocumento nocumento superveniente aliquo ab eo quod natum est sequi tempora communia simpliciter paroxismi deterius est in principio quam in augmento vel statu egrotatem cibare probatur sic tunc plura et maiora nocumenta sequuntur cibacionem facta in principio 1a ratio argumentum primo quia fit magis additio in suffocacionem cum cibus sit naturalis caloris suffocativus et calor iam est in suffocacione sic autem est cibus ita aptus augere inflamacionem exhibitus in statu sicut in principio suffocacionem cum cibus naturaliter resistit inflamacionem et maxime quia possunt exhibere cibi tales ut resistant sicut naturaliter resistit suffocacionem 2a ratio ¶ Quia tunc magis augmentant circa paroxismi tempora non exhibentur in statu non per materiam principii in augmentum quia prius fuit. quia iam declinacio et declinacio prohibetur in principio et circa tempora manent et per disperiendo primo augetur paroxismus et submersio fit maior et longiori tempore stabit calor sic submersus 3o augetur augmentum quia calore existente oppresso a cibo et materia difficilius cum non tunc caloris et ... vapores ... mittere ... tardius mittet 4o augetur status quia longiori tempore permanebunt illi vapores antequam deum incipiant et quia calefacti sunt vapores cibi preter naturam calidites longiori tempore infra interiora continuabit caliditas preter naturam. Consequenter augetur declinacio quia tardius resolventur vapores multi ratio ¶ ... principium conclusionem quia sequitur ad cibacionem in principio maxima superfluitatum multiplicacio et ... calore cum a materia multum obsesso nullatenus potest cibum immutare ¶ Quinto sequitur inflamacio cibo enim non digesto superveniente statu ebulliet ipse et inflamabitur et quod corpus inflamabit ergo accessio mala consequitur cibacionem in principio 1a ratio ¶ Tertio 4o ponitur quod tempus post principium deterius est hora status hanc persuadent auctoritate galieni circa superius dicentis est natura cibi esse in statu in principio nocere nocumento magno et non facit de augmento mencionem ¶ Quinto 5o probabiliter ponitur pro quod ... f. quod plus nocet in augmento probatur primo plus suffocat 2o plus auget paroxismum 3o plus inflamat quia cibus accrescit statu magis disposito inflamari quia in augmento est fervencius calefieri viridi convenienter statu quo ... adhuc ut sic esse potest ¶ 2o quia plus multiplicat superfluitates ¶ Et ultima 6o ponitur quia convenientius est in declinacione cibare quam in aliquo alio tempore morbi licet communis magis sit in hora quietis ut colligitur in lectura allegata a galieno ¶ Ad argumenta ad primum dicitur primo ut quod unius ... negare ... uno aliqua ... ut in paroxismo ... negatur ... ¶ Ad ... dicitur quod sic est ... universaliter verum illud argumentum ... cibi ... tempus universale et particulare ¶ Ad ... negando ... ¶ Ad ... quod sic procedit et negat ... et si esset vera ... in principio augent

accidentia principii et non aliarum temporum sed hoc
est falsum ¶ Ad 4m negatur antecedens et quia quia
non solum augmentum tempora principii et status
sed etiam omnia alia ideo non dixit de augmento
dimi[n]ui, quoniam dividit ipsum in duas medietates
quarum primam dicit sapere naturam principii sive
finis principii et aliam medietatem sapere de
[illegible] status etc. ¶

Utrum pueri et senes facilius tolle
rent ieiunium. Arguitur multipliciter
quod non primo auctoritate Avicenne primi
quarti capitulo de cibatione febricitantium
ubi dicit quod senes debiles et infan
tes sunt illi qui non possunt tollerare
ieiunium ¶ 2o plus leditur senex ex con
sumptione humidi et calidi resolutione quam
iuvenis puer vel consistens sed ad quamlibet
ieiunii tollerantiam sequitur consumptio et calidi
resolutio igitur plus leditur senex ex tollerantia
ieiunii quam iuvenis igitur etc. et per consequens difficili
us etc. quia nota et antecedens cum in sene sit tam
calidi quam humidi mensura minor quam in iu
vene etc. ¶ 3o stante equali tollerantia ie
iunii in sene et iuvene tanta vel maior fit
in sene resolutio sicut in iuvene vel quia in
iuvene igitur etc. antecedens arguitur quia a termino
vite usque ad senectutem processit humidi con
sumptio calido incedenti conservato membra
usque ad principium instantis senectutis igitur saltem in principio
senectutis magis minoratum est humidum quam
calidum sed passo magis et velocius minorato
quam agens minoratur crescit proportio agentis
ad passum igitur etc. quanto virtus est debilior
tanto indiget maiori restauratione sed
in omnibus senibus est virtus multo debilior
quam in iuvene igitur indiget restauratione ma
iori et per consequens difficilius abstinet vel tolle
rat ieiunium quia patet et minor patet quia
cum a virtute principali sumitur eius debilita
te et fortitudine sumatur indicatio de ciba
do ¶ 4o a nocumento sequente ieiunii tol
lerantiam difficilius relevantur senes quam alii
igitur difficilius tollerant ieiunium patet quia et
antecedens quia virtus resumptiva in ipsis est de
bilis igitur etc. ¶ Sexto facilius incurrunt
famem senes aliis igitur etc. patet quia et
antecedens probatur quia stomachus senum est frigi
dus respectu naturam aliorum vero calidus sed
stomachus frigidus citius incurrit ap
petitum quam calidus igitur etc. quia nota et

maior minor arguitur auctoritate galieni
in tegni illa parte frigidius vero naturalia
venit etc. ¶ Ad oppositum est ypocras in afforis
primo particula illo statim senes facillime fe
runt ieiunium et ideo in quo in commento eiusdem
¶ Respondendo ad hanc questionem primo ponam
notabilia quedam 2o conclusiones pono res
ponsivas ¶ Quantum autem ad primum est sciendum
quod nocumenta potissime que ex tolleran
tia ieiunii sunt 3a et possunt in aliquibus
corporibus esse quatuor scilicet tristitia sequens ex
fame humidi resolutio membrorum et adhuc
spiritus inflammatio et ex quibus spiritus resolutio
et attractio humorum pravorum ad stomachum quod totum
patet in remanentibus ¶ 2o sciendum quod difficultas
tollerantie ieiunii fit maxime penes tria
attendi primo penes facilem casum in fa
mem ut illud corpus dicatur difficilius tol
lerare ieiunium quod famem citius incurrit et
tamen famem difficilius et tardius [illegible]
[illegible] ieiunia 2o penes nocumentum sequens
ex ieiunii tollerantia ut dicatur illud corpus
alia difficilius tollerare ieiunium quam ceteris
partibus ex ieiunio incurrit magis nocu
mentum et non facilius 3o penes facilitate
vel difficultate relevationis a nocumento
sequente ieiunium sic cum deterius dicemus
quod corpus quod a nocumento illo tardius re
levatur difficilius tollerat ieiunium et non
facilius ¶ 3o sciendum quod ad famem naturalem
concurrunt quinque motus quos quarto de ac
cidenti 6o capitulo enumerat galienus inter quos primus
est et quintus ultimus est causa et ad quem alii quasi
quintum est membrorum inanitio et resolutio ideo
sicut in aliquo corpore citius et facilius fit
membrorum resolutio ita citius incurrit id
corpus famem et hoc ceteris paribus posset enim
dispositio existens in ore stomaci ut humor
flegmaticus crudus esse causa quod quantumcumque
alicui corpori adveniret membrorum resolu
tione in eo insurgeret appetitus ad cibum

¶ Prima conclusio sit hec quod ratione difficultatis
casus in famem naturalem ceteris paribus
complexio etativa primorum senum in comparatione
ad alias facile tollerant ieiunium probatur
primo quia tardius insurgunt cause necessario
antecedentes famem naturalem in sene quam
in aliis igitur etc. patet quia et antecedens probatur
quia tardior est in sene membrorum resolutio
cum calidum resolvens sit debile et humidi

grossum et densum difficile resolubile fit et attractio membrorum iuvenis est tarda cum calidum attrahens sit debile sensus et orificium stomachi est hebes et obtusus igitur et cetera quia nota et maior satis patet ¶ Ex ista conclusione et eius probacione sequitur quod nocumenta sequencia tollerancias famis puta tristem sensacionem sunt remissiora in sene quam in aliis etatibus puta iuvenibus existentibus ceteris paribus quia talis tristis sensacio in sene est minor ceteris paribus igitur ad ipsum debent sequi accidencia remissiora patet quia et antecedens ?ex predictis

¶ Secundo sequitur quod nocumenta sequencia ieiunii tollerancias difficilius incurrit senex quam iuvenis et tardius probatur sic quia nocumenta talia sunt tristicia sequens ex fame vel vehemencia tristicie sequentis ex tollerancia famis ?similitudo naturalis consumpcio et resolucio spirituum membrorum et membrorum inflamacio sed ut notum est hec omnia difficilius et tardius incurrit senex quam iuvenis igitur et cetera patet quia et antecedens sic ¶ Tercio sequitur est licet ita sit ab equali [illegible] nocumento sequente ex ieiunii tollerancia in sene [illegible] iuvene puero cetera difficilius relevatur senex quam iuvenis puer vel consistens probatur quia talia nocumenta causantur [illegible] corriguntur per accionem nutritive virtutis restauratrice deperditum sed hec est in sene multum debilior quam in iuvene igitur et cetera patet quia et antecedens satis ex dictis ¶ Ex ista conclusione sequitur quod ex aliquo nocumento sequente ieiunii tollerancias in iuvene puero cetera difficilius relevatur senex quam iuvenis aut puer et cetera patet quia ab equali difficilius relevatur in maiori proporcione difficilius et tardius sic igitur arguitur quod in duplo sit illud nocumentum a et arguitur sic in aliquo nocumento proveniente ex ieiunii tollerancia in sene posset senex precise in sexquialtero facilius removeri ab a et arguitur altius sic ab aliquo nocumento [illegible] a potest senex precise in sexquialtero et cicius removeret iuvenis ab a nocumento quam senex ab aliquo certo dato nocumento a et per consequens et cetera ¶ Quarto principalis est quod ab aliquo nocumento sequente ieiunii equalem tollerancias cicius et facilius removetur senex quam iuvenis puer vel consistens hoc quarto probatur per similem ieiunii tollerancias cicius ducitur vel aptus est dum

ad lapsum incorrigibile puer iuvenis vel consistens quam senex igitur et cetera patet quia et antecedens docet experimentum ¶ Ratio istius est hec quod deducta calore inflamacione et membrorum et accidentibus famis tristiciam consequentibus precedente in humido senis et iuvenis resolucione in eodem [illegible] accionis caloris naturalis in ipsum facilius relevatur iuvenis puer et consistens quam senex a resolucione in quolibet corpore in equali tempore contingente hec quinto persuadetur sic primo facilius et cicius restaurantur resolutum in iuvene in equali tempore multo plus accionis caloris naturalis quam resolutum in sene igitur et cetera patet quia et antecedens arguitur quia maior est proporcio restauracionis iuvenis ad restauracionem senis quam resolucionis ad resolucionem igitur facilius et cicius restaurat [illegible] iuvenis igitur restaurative senis quam resolvat resolutiva iuvenis igitur resolutive senis et per consequens per virtutem restaurativam iuvenis cicius restaurantur resolutum in iuvene quam in sene restauratur resolutum in equali tempore tota quia est nota et antecedens patet quia in iuvene est restauracio equalis resolucioni in sene vero maior igitur et cetera ¶ Item si maior est proporcio restauracionis ad resolucionem in iuvene quam in sene ergo quod in iuvene est restauracio equalis resolucioni in sene vero minor igitur et cetera sic cicius et facilius restaurat restaurativa iuvenis resolutum in eadem quam in sene restaurat restaurativa resolutum et per consequens et cetera tota quia est nota cum ante ¶ Item 3o resolvat resolutiva in sene per unum et in iuvene per duo et patet quod resolucionis iuvenis ad resolucionem senis est proporcio precise dupla sed est maior est proporcio restauracionis iuvenis ad restauracionem senis quam resolucionis ad resolucionem sequitur quod est plus quam dupla et per consequens restauratur iuvenis per duo quam in sene per unum et per consequens et cetera ¶ Ex ista quarto potest [illegible] relevatur in [illegible] quod non ex quolibet nocumento sequente ieiunii tollerancias equaliter facilius relevatur senex quam iuvenis puer quod ea que addunt nocumentum ultra ipso [illegible] accionis caloris naturalis ex tollerancia ieiunii iuvene possunt esse ita parva puta in prima famis possunt facere nocumentum minorem proporcione difficilius

remouibile quam erat proportio quia erat
nocumentum prius causatum in iuuene faci
lius releuale nocumento prius in sene ca
to quia ista erat certa proportio et quantitas
[illegible] ita post nocumentum sequens
etc. fieri difficilius remouibilius igitur etc.
Ex quibus omnibus patet satis responsio
ad quesitum etc. Ad argumenta principalia
ad primum dicitur quod auctores ibi principes intellexit
seniores siue decrepitos de quibus non
erat sermo in quesito principali Ad 2m
dicitur concedendo quod plus ledunt senes
ex consumptione etc. ceteris paribus ubi s[…]
consumptio facta in sene sit tanta sicut quanta
sit in iuuene ubi tamen non sit fortis pari
tas hic non oportet sicut contingit in senium longa
tolerancia inflamatum cum multum ex le
mino calidum iuuenis unde plus maiorem
humidi consumptione quam in sene Ad 3m prin-
cipale dicitur licet intensiue maior sit propor
tio calidi ad humidum in sene quam in iuuene
uel puero ut euidenter conuincit argumentum quantum
tamen ad posse resoluere quia scilicet sub
tiliare et euaporare quietare minor est propor
tio calidi ad humidum in sene quam in iuue
ne cum humidum senis sit iam ualde terre
stre et densum qualiter non est de humido iuuenis
uel pueri unde multo magis resistit re
solutioni humidi senis quam humidum iuuenis
uel pueri Ad 4m dicitur quod uerum est ubi
debilitas fuerit accidentalis ut consequens
multam resolutionem spirituum ex febre uel ex
ercicio debet cum aliis paribus plus re
staurare et indicat de multa restauratione
sed illa non est accidentalis immo merito de
crescit etatis iuuenis Ad 5m dicitur
quod probat 3am conclusionem Ad ultimum
dicitur quod galienus comparat ibi potentiam
appetitiuam stomachi frigidi ad digestiuam
eiusdem et quod melior est eius actus appete
di stomachi frigidi quam digerendi et ita
est melior modus aliquo alio et uadit ad
mentem galieni etc.

Utrum pueri difficilius tollerant
ieiunium quam iuuenes Et arguitur
multipliciter quod non primo cum sit ca
liditas iuuenum magis est reso
lutiua quam caliditas puerorum sed ubi ma
ior est resolutio maior est difficultas tolle
rancie ieiunii igitur etc. quia nota et minor

satis patet ex dictis in alia questione Et
arguitur maior primo quia tanta est inten
siue caliditas iuuenum sicut puerorum
et cum hoc est in subiecto densiori quam calidi
tas puerorum igitur etc. 2o quia in tactum
fortius imprimit eo est magis actiua sed omne
calidum magis actiuum magis est resolutiuum
igitur etc. 3o principaliter sic fortitudo caloris
est causa difficultatis tollerancie ieiunii sed
calor iuuenum est fortior quam calor puerorum
igitur difficilius tollerant ieiunium iuuenes
quam pueri quia nota cum minor prima pars
est de mente auctoris prima quarti capitulo de ra
tione febricitantium dicentis quod iuuenes ca
lor innatus fortis est sunt ex hiis que non
possunt tollerare ieiunium et 2a pars autem
satis patet ad sensum cum fortius impri
mit caliditas iuuenis quam pueri ab eo
ex fortiores proueniunt operationes 3o
principaliter sic maior est proportio calidi ad
humidum in iuuene quam in puero sed ex ma
iori proportione prouenit uelocior et fortior
actio igitur uelocius et fortius agit calidum
iuuenis in humidum eiusdem quam calidum
pueri in humidum eius et per consequens etc. quia
satis patet et minor sed arguitur maior eo
hic post primum instans generationis procedit
humidum in morando calido usque ad iuuen
tutem in eadem mensura conseruato sed
[illegible] tali humido stante calido in mensura
eadem necessario crescit proportio calidi ad
humidum igitur etc. 4o humidiora sunt corpora
puerorum corporibus iuuenum et preterea equaliter
calida ceteris paribus igitur est maior proportio ca-
lidi ad humidum in iuuene quam in puero et
per consequens etc. 5o ad principale corpora puerorum
sunt respectu iuuenum flegmatica et iuuenum colerica
sed multo difficilius tollerant ieiunium
corpus colericum quam corpus flegmaticum
igitur etc. quia nota et maior cum plus habun
dat flegma in pueris quam in iuuenibus minor
ex patet per ypocratem in illo aforismo prime
particule senes illa particula hoc autem uero
[illegible] sunt annosiores ex hiis etc.
6o ad principale arguitur sic maior fit
resolutio in equali tempore parcione caloris
naturalis in humidum in iuuene quam in puero igitur
difficilius ferunt ieiunium iuuenes etc.
probatur quia et antecedens arguitur sic resolutio in puero
est minor quam restauratio in eodem et resolutio

in iuvene est equalis restaurationi in eodem. Sed maior est restauratio que fit in iuvene quam restauratio que fit in puero, igitur maior fit resolutio in iuvene quam in puero. Quia non et maior, sed arguitur a minori. Primo enim non apparet verisimile quod in puero pedalis quantitas reposita per nutritionem sit tanta quanta in iuvene. ¶ Secundo quia experimento videtur quod ad conservandam virtutem iuvenis et habitudinem eius naturalem maior generatur quantitas nutrimenti quam ad salvandam nutritionem et adhuc augmentum in puero, quod non foret nisi maior fieret in iuvene resolutio et restauratio quam in puero. Similiter per actionem virtutis nutritive plus generatur de sanguine et humoribus in iuvene quam in puero, ideo videtur quod in eo fiat maior nutritio quam in puero et per consequens resolutio maior. Similiter maior est quantitas que per actionem virtutis nutritive consumitur in iuvene quam in puero, sit totum aggregatum ex quantitate que acquiritur et quantitate que consumitur. Similiter in illa ... non verisimile quod ab embrione tunc primo formatum tanta fiat in equali tempore resolutio quanta in iuvene. ¶ Tertio et ultimo ad principale arguitur sic: facilius inflammatur calor in iuvene ex quanto causa apta calidum inflare quam in puero, sed semper calidum magis inflammatur et velocius consumit humidum, igitur etc. Quia tenet tunc consequentia, tollerantia ieiunii ... calidum tam in puero quam in iuvene sit aptum inflammari et antecedens probatur quia tale est acutius. Similiter videmus febres multe inflammationis in iuvenibus maxime humidiores plures etc. que arguta sunt. Videtur auctoritas ypocratis in loco allegato ubi post senes ordinat adolescentes in facilitate tollerancie ieiunii etc. ¶ Ad oppositum est ypocras in commento afforismi: senes facillime etc. ¶ Respondendo ad hanc questionem primo oportet premittere quedam preambula, secundo respondebitur ad questitum. ¶ Quantum ad primum est primo premittendum ex superius dictis que sunt potissima nocumenta que sequuntur vel que apta sunt sequi ex ieiunii tolleranciam quia scilicet tristicia famis humidi resolutio et calidi et spirituum et membrorum inflammatio. ¶ Secundo est premittendum difficultatem tollerancie ieiunii attendi penes facilem causam nocumenta potissime ieiunii tolleranciam se

quentia vel penes difficultatem relevationis a nocumentis iam dictis, que omnia declarata sunt in precedenti questione. ¶ Secundo premittendum est quod inter cetera nocumenta sequentia ieiunii tolleranciam deterius est ceteris paribus humidi resolutio, quia talis fit per deperditionem partium substantialium membrorum ut patet ad illam etc. sequitur calidi resolutio et extinctio, ymmo non alia nocumenta notantur ledunt nisi pro quanto ordinantur ad illud nocumentum, ex quo statim patet quod in illo corpore difficilior est ieiunii tollerancia ceteris paribus in quo velocior et facilior fit humidi naturalis resolutio. ¶ Tertio premittendum humidum pueri ceteris paribus paratius esse ad resolutionem quam humidum iuvenis cum sit multo subtilius et aereum. ¶ Quarto principaliter est premittendum quod resolutionem que fit in iuvene possumus comparare ad eam que fit in puero in magnitudine et paruitate dupliciter: primo modo absolute ut scilicet illa resolutio dicatur maior quia absolute fit maior quantitas eius quam resolvitur; secundo proportionabiliter et respective scilicet ad molem suam sive quantitatem suam, ut sic dicamus in illo corpore resolutionem fieri maiorem in quo maior fit resolutio respectu sue quantitatis. Sic enim diceremus quod si a bipedali resolvatur in hora ℥ ii et a pedali in eodem tempore resolveretur ℥ i s, ratione caloris naturalis qui velocior et maior esset resolutio que fieret in pedali quam que fieret in bipedali, quia quacumque parte signata eius pedalis in illa est resolutio maior quam in parte bipedali in equali tempore ut satis patet. ¶ Consimiliter proportionaliter dicere possumus de restauratione. Istam distinctionem posuerunt iam quidam subtiles verbis quod dupliciter possumus ymaginari unius corporis resolutionem esse maiorem quam sit resolutio alterius, uno modo extensive, et sic illud totale corpus dicitur pati resolutionem maiorem in quo plures partes extenditur resolutio; secundo modo intensive et sic solum illius corporis resolutio est maior quam alterius cuius partibus quantitativis fit resolutio maior quam aliquibus quantitativis alterius illis equalibus. ¶ Tunc sit prima conclusio: ista tam ratione casus infantie quam ratione caloris innocuita difficilius tollerant ieiunium pueri quam iuvenis.

ceteris paribus probatur sic velocius mem-
brum pueri famet quam iuvenis et nocu-
mentum maius sequens ex tolerantia ie-
iunii 1a pars patet quia et aa probatur quia ve-
locius resolvitur humidum substantificum
corporis ad cuius restaurationem sequitur fames
sed sunt velocius fit illa resolutio superflua
in puero cum illud humidum sit facilius re-
solubile et sit calidum valde resolutivum 2a
pars patet quia et aa arguitur ¶ Et si arguitur
quod ut supra quia calidum iuvenis est acutius
et inflamabilius similiter est coniunctum cum sic-
citate que acuit caliditatem aptam magis
facere quam humiditas 2a pars ¶ Dicendum
primo probabiliter concedendo quod calidum iuvenis
est inflamabilius et conceditur quod igitur
hec nocumentum quod est inflamatio facilius in-
curret iuvenis ex ieiunii tolerantia quam
puer quia cum inflamatio non est nocumen-
tum tantum sicut resolutio eo quod inflamatio
illa non nocet nisi proquanto auget reso-
lutionem vel saltem propter illud maxime nocet
eo difficilius fit in ieiunii pueri quam
iuvenis ¶ Aliter dicitur concedendo quod illa calidi-
tas est magis acuta et ultimus quod non quelibet
caliditas acutior facilius inflamatur
in suo subiecto quam alia quia potest caliditas
esse in subiecto minus acuto tamen subtiliatioi
et inflamationi magis disposito quod plus
facit subtilitas ad faciliorem inflamationem
quam acuitas Consimiliter diceretur de caliditate
siccitati coniuncta veritatis vel universaliter
conceditur quod ubi caliditas est acutior et
cetera sunt paria ibi inflamatio est velocior
¶ Ad 2o principalis est hec quod absolute ma-
ior est resolutio que fit in iuvene quam re-
solutio que fit in puero ceteris paribus
probatur per ea que tacta sunt in 4o princi-
pali ¶ Ad 3o probabiliter potest poni quod absolute
maior sit restauratio in iuvene quam in puero
probatur ut precedens et non plus volunt
ille conclusiones nisi quod extensive tam resolutio
quam restauratio est maior in iuvene quam
in puero ceteris paribus per maius enim spatium
extenditur et maioris quantitatis est ab-
solute ¶ Ex hac conclusione sequitur quod maioritas
resolutionis extensive sive absolute non ar-
guit difficultatem tolerantie ieiunii satis enim
verisimile appetit senem sicut magis exten-
sive vel absolute resolvi quia minor est absolute
quantitas que ab eo per resolutionem eva-
porat quam membrorum vel puero digitalis
quantitatis ¶ Ad 4a quo est hec quod ceteris paribus
maior est resolutio que fit in puero quam que
fit in iuvene per se sive quantitative probatur
quia quacumque parte signata in puero aliqua
fit resolutio plus est quod ab ea in equali tempore
resolvitur quam sit illud quod ab equali parte
illi consimili in iuvene resolvitur 1a pars patet
quia et aa quia cuiuslibet partis pueri humidi-
tas est aptius ad resolutionem quam sit humidum con-
similis partis in iuvene et calidum utrobique
est equale vel saltem plus excedit subtilitas
humidi pueri etc ¶ Ad quintum potest poni
quod restauratio puerilis multo maior quam
restauratio iuvenis per se sive quantitative probatur
quia resolutio est maior in puero ad intensiuum
datum resolutione in iuvene et in iuvene ca-
lis est restaurare resolutionem 1a maior est re-
solutio in puero ad sensum datum quam re-
stauratio in iuvene sed multo maior est re-
stauratio pueri quam resolutio eiusdem 1a
pars quia in quibuscumque partibus signatis
consimilibus vel correspondentibus sibi in puero
et iuvene et quantitate equalibus maior
in acutis iam dictis patet satis ex conclusione.
Tertia conclusio principalis est hec signa pronostica
salutis vel mortis apparentia in cronicis non
sunt necessario certiora quam apparentia in acutis
ratione loci vel multitudinis materie patet quia si
sic hoc videretur esse propter materie mobilitatem maio
rem esse in acutis sed hoc non est cum talis materia sit
vel possit esse facta grossa sicut patet de appop
lexia aut peripleumonia et spasmo secundum rem. Quarta
conclusio est quod signa pronostica salutis vel mortis ap
parentia in acutis a materia prava occulta malicia
provenientibus sunt incertiora quam signa
pronostica in cronicis patet hoc conclusio et experimento
et colligitur ex dictis Avicenne 4o prima capitulo de
febre pestilenciali. Quinta conclusio principalis est hec
signa per que in acutis significare possumus lon
gitudinem aut brevitatem morbi certiora sunt
in acutis et manifestiora quam in cronicis patet
quia evidenter apparent in acutis accidentia ve
hementia cum quibus non possunt diutius longo tempore
perducere qualia non apparent in cronicis ut
patet secundum rem quia nota et alia similia. Sexta conclusio
probatur ponitur quod signa quecumque per que significare
possumus salutem vel mortem in cronicis certiora
sunt vel saltem minus dubia quam similia signa
in acutis apparentia probatur quia signum super
quo significamus in acutis est signum econtra
patet quia et alia similia quia materia faciens mor
bum acutum est magis de loco ad locum mobilis
et ad intensiorem gradum malicie facilius dedu
cibilis secundum rem patet quia et alia similia et per illa
que videtur Galienus in commento istius afforismi
Acutorum morborum etc. et intelligitur hec conclusio
de egritudine acuta dependente a materia acu
ta scilicet calida subtili aut calida et sicca. Septima conclusio
est quod [illegible] ita sit ut ponit conclusio precedens in cro
nicis tamen egritudinibus acutis manifestiora sunt

signa pronostica salutis vel mortis quam
in cronicis patet quia vehementiora sunt
accidentia fortior velocior est actio nature in morba
et impressio quam facit calor naturalis in morbis
in acutis quam in cronicis primo ratio patet quia cum
ante Contrarium quem ponunt quidam quod licet
ita sit frequentius tamen contingit errare in
pronosticando in cronicis quam in acutis Con-
similis tamen responsio quod in principio morbi signa
apparentia in acutis sunt certiora in acutis
et acutis et in cronicis in statu sunt certi-
ora quia in cronicis in principio quasi non percipitur
aliqua pugna virtutis contra materiam et causa propter
materiam esse frigidam et paucorum accidentium
in principio tamen acute est manifesta pugna
unde tunc citius et melius coniecturare po-
ssumus quid sit futurum sed in statu cronice
manifestatur pugna et cum hoc materia immobili-
tas qualis non reperitur in acutis primo ratio Ad
argumenta principalia Ad primum patet quid sit
dicendum cum fortis apoplexia non sit de cro-
nicis dicitur ratio Ad 2um dicitur concedendo
quod in acutis manifestius apparet dominium
rationis et negatur quod ideo signa certiora sed solum
sequitur illa forma manifestiora Et simili-
ter ad 3um et ad 4um et ad 5um Et ad ultimum
dicitur quod inoffense ratio quia sic indicabit recte
sicut potest medicus indicare in una materia et ita
de aliis patet

Quibuscumque iuvenibus prima questio afforismi
est ista Quicumque iuvenes habent
ventres fluxibiles in senectute as-
sunt cause fluxibilitatis et senectutis assunt
cause stipticitatis ut plurimum primo ratio qua nota
et que declarat commentator in commento Primo
nota per ventrem intelligi primo totam concavitatem
stomaci intestina continentem Secundo nota quod ventris
stipticitas non est aliud quam tarda et difficilis et
adhuc parva egestionum expulsio Contraria vero
est ventris humiditas vel lubricitas Tertio nota
quod per iuvenes impositos intelligere debemus quos-
cumque ante etatem senectutis et per senes omnes
post etatem iuventutis sic hoc accepto Quarto nota
quod quinque possumus ymaginari causas fluxibi-
litatis ventris prima est assumptio quantitatis
cibi maioris quam sit corpori necessaria causata
forti appetitu propter frigiditatem stomaci hoc enim
stante non perfecte potest epar chili humidam partem
attrahere unde multa remanet in fecibus et
reddit feces molles et ex quo ventre lubrico
2a causa potest esse fortitudo expulsive propter
multam naturalem humiditatem stomaci humiditas
enim naturalis membri fortificat expulsivam et de-
bilitat retentivam ut abstrahitur habetur primo
primo doctrina de virtutibus 3a causa est multitudo
colere abradentis vel abstergentis intestina et
stimulantis virtutem expulsivam 4o est debili-
tas contentive proveniens a caliditate et hu-
miditate Caliditas enim cum humiditate liquefa-
cit materias et reddit eas habiles expulsioni quinta
causa est debilitas virtutis attractive epatis
non potentis perfecte humiditatem chili aut totum
chilum a stomacho per mesaraicas attrahere unde
multe partes chili relinquuntur in fecibus non
attracte et sic redduntur feces humide vel liq-
uide unde fluxibiles Quarto principaliter intelligendum
secundum commentatorem quatuor prime cause iam dicte
si reperiantur in iuventute in senectute permutantur
ad oppositas causas prima enim causa est que est as-
sumptio quantitatis nimie cibi permutatur quia
in senectute frigiditas stomaci per amplius
augetur frigiditas autem multum aucta destruit ap-
petitum omnis enim inordinata qualitas destruit
actum proprie virtutis 2a causa similiter permutatur
quia stomachus multum humidus in iuventute
in senectute exsiccatur et efficitur stipticitas in
iuventute 3a causa permutatur quia si generatur
multitudo colere in senectute deficiat patet
ratio 4a causa similiter variatur quia tam caliditas
quam humiditas nimia existens in iuventute
temperatur et remittitur primo ratio Quinto principaliter
nota quod quinta causa in senectute non permutatur
sed potius augetur secundum commentatorem puta debi-
litas attractive epatis a multa frigiditate
et ubi propter hanc causam haberet iuvenis ventrem
fluidum non haberet in senectute stipticum sed
potius magis fluidum ex quo sequitur hanc partem
affirmativam afforismi non esse universalem veram sed
solum ut in pluribus Sexto intelligendum
ut causa similiter in predictis quatuor causis habeat
veritatem oportet certa esse parva in regimine ut
convenient eidem seu iuveni 2um omnes res non
naturales et hoc satis declarat commentator contra-
riis iuvenibus ventres sunt sicci 2a pars
afforismi est hec Quicumque in iuventute habent
ventres siccos sive stipticos in senectute ut
plurimum habent eos fluxibiles in pluribus quibus
accidunt cause stipticitatis in iuventute acci-
dunt cause fluxibilitatis in senectute primo ratio
qua nota et alias declarat commentator in quinto

¶ Nota primo quod cause stipticitatis possunt
esse multe opposite causis fluxibilitatis pro-
posita primo paucitas appetitus causata
a calido stomacho huius enim multum calidus re-
misse appetit 2a causa est debilitas expul-
sive et fortitudo retentive stomaci propter sic-
citatem naturalem eius multam siccitas enim
fortificat retentivam et debilitat expulsi-
vam 3a causa est paucitas colere debentis
abstergere intestina et stimulare virtutem
expulsivam 4a causa est debilitas expulsive
a frigiditate et siccitate stomaci. Reddit enim
frigiditas cum siccitate materias quasi congelatas
expulsioni inhabiles 5a causa est fortitu-
do virtutis epatis attractive propter quod chilus
a stomacho perfecte attrahitur ad epar et fe-
ces tunc multum exsiccantur propter absenciam
partium humidarum etc. ¶ 2o nota quod alique
istarum causarum secundum commentatorem permutantur
in senectute et alique non prima enim permutatur
in senectute et alique non prima enim permutatur
in senectute que est debilitas appetitus mo-
tu calido remittitur enim calor in senectute propter
quod augetur appetitus 2a non causa permutatur
quia augetur illa siccitas et efficitur dispro-
porcionata ut patebit 3a non causa non
mutatur sed pocius augetur nisi forte per accidens
pro quanto diminuta quantitas colere est a fri-
gido et frigiditas est causa humectacionis
et fluxibilitatis 4a causa potest dici etiam permu-
tari quia omnis inmoderata qualitas debilitat
actum ipsius virtutis 5a non causa permutatur
ut patet ex quibus patet quod tam prima quam 2a
pars aforismi est vera solum ut in pluribus
secundum intencionem commentatoris et similis sentencia
habetur ab Avicenna 3o canonis fen 6a capitulo de fluxu
ventris omnium modorum et potest ampliari tam
ad fluxibilitatem intestinorum et stipticitatem
quam vesice et est utilis in actu pronostico
ut patet et in actu practico etiam curativo
sunt enim quales secundum varias etates variande
sunt solutive medicine sumpta indicacione
a fluxibilitate et stipticitate ventris

Potus indigenciam solvit Conclusio
huius aforismi est ista vinum removet ap-
petitum caninum probatur sic vinum
removet causam appetitus canini igitur etc. patet
quia et antecedens consequencia declarabitur et deducitur
similis sentencia colligitur ab Avicenna 13a 3ii tracta-
tu 2o capitulo de cura appetitus canini et ex

almansoris capitulo de appetitu canino et a
Serapione 3o breviarii capitulo xo et Alib...
in divisionibus capitulo de egritudinibus stoma-
ci ¶ Et est aforismus utilis in actu curativo et am-
pliatur ut patet ad omnem disposicionem stomaci preter
naturam a simili causa precedente vel contin-
gente ¶ primo nota quod potus sumitur multipliciter
scilicet pro deglutibili sine masticacione pania
et ut distinguitur contra cibum et pro vino ¶ 2o
nota quod indigencia sumitur tripliciter ut supra in
iamcione pro fame naturali et canina hic sumitur
pro canina fame ¶ 3o enim fames sit triplex
scilicet naturalis non naturalis et preter naturam
¶ Preter naturalis sit triplex scilicet bolismus sin-
copalis et canina de 3a in proposito est primo
que ideo canina dicitur quia habet appetitum quo
appetit voraciter ut canis ita ut tam inten-
sive et tam insaciabiliter et totum cibum appe-
tat unde Serapio allegato capitulo dicit ca-
ninus multas esse causas ¶ 3o nota appetitum
caninum multas esse causas ut colligitur ab Avicenna
et Serapione in locis preallegatis. Prima 2a
debilitas retentive in membris aut in stoma-
cho 3a superflua caliditas in ore stomaci su-
perfluam faciens resolucionem superfluam [illegible] ra-
cionem venarum 4a potest esse superflua caliditas
in toto corpore. Caliditas licet enim oris sto-
maci eciat appetitum et facit appetere aquam
et cervisiam humida dum tamen dominatur corpo-
ris et hoc sive ista caliditas fuerit extrin-
seca ut neris sive intrinseca 5a causa possunt
esse vermes in intestinis 6a causa superflue vigen-
tia frigiditas oris stomaci constringens et
comprimens 8a potest esse humor acetosus inna-
catus in ore stomaci Ad propositum solum hic est
primo de appetitu canino ab hiis duabus ultimis
causis contingente de aliis enim non ¶ 4o nota
quod vinum debens huius appetitum curare debet
quibusdam condicionibus esse condicionatum
prima est ut sit quantitas multa et sua quan-
titate excedat morbum et causam morbi 2a
ut sit actu et virtualiter calidum actu quidem
ut melius ad interiora et profundas partes
stomaci penetret potencia vero ut ad actum re-
ductum materiam resolvat et subtiliat 3a et se-
paratum sapore appetitum contrariante scilicet aceto-
so ponticas ex quo sequitur 4a ut sit in
sapore dulce vel acutum dulce quidem rela-
xando os stomaci et supernatando deiciat
appetitum [illegible] quia vero est subtiliativum

et penetrativum. Et ex his patet causa verificationis
aphorismi appetitui enim canino a causis iam
dictis si exhibeatur vinum cum constantiis
caliditate actuali removet malam complexionem
frigidam et etiam stomaci si ab illa pendens
fuerit secundum rem. Ultimo nota appetitum
caninum ipse esse actionem unius est enim actio cor
rupta ut ibi declarabitur in questione 10 non
ipse vitiatur egritudo nisi per egritudinem velimus
intelligere omnem dispositionem preter naturam
adesse circa contentem sicut frequenter faciunt
huiusmodi auctores ut 12° terapeutice colligitur
a galieno

Utrum appetitus caninus sit distinctus
a fame naturali. Arguitur multipliciter
quod non. Primo appetitus caninus est fa
mes naturalis stomaci secundum rem patet quia et auctor pro
bat multipliciter. Primo quia appetitus cani
nus est motus vel operatio stomaci proveniens
ab intrinseco puta ab anima stomaci median
te sua complexione vel calore naturali sup
posito enim ad prius sensum quam appetitum
sensitivum ad suas operationes effective con
currere ut debet videri 2° de anima secundum rem
patet quia et auctor cum obiectum non sit totalis cau
sa sensationis vel appetitus 2° organum
appetitus naturaliter inclinatur ad hoc ut tali obiecto
patiente et tali alteratione recepta talis fiat
sensatio in eo qualis in fame ut igitur talis
appetitus secundum talis operatio proveniunt 2um naturale
inclinationem passi et propterea est naturalis patet quia
et auctor satis patet intelligenti. 3° in tali sen
satione et in tali appetitu passivum sive anima
istum actum sentiendi et similiter illum actum
appetendi recipiens unde confert agenti
igitur est actio naturalis patet quia et assumptum
quia anima coagit obiecto causanti sensationem
et sensationem causanti appetitum secundum rem. 2° ad
principale arguitur nulla est fames naturalis igitur
questio falsa patet quia et auctor probatur. Primo
quia quelibet dispositio preter naturam sed ut
notum est quelibet fames et huiusmodi secundum partem
quia et auctor est de intentione galieni in libello
de mala complexione diversa. Ad oppositum
est galienus in argumento. Respondendo ad istam
questionem primo videbitur de principali quesito
qualiter scilicet appetitus caninus sit vel non est actio
naturalis. 2° videbitur de quodam tacto
in 2° principali qualiter scilicet aliqua fames debet
dici naturalis. Quantum ad primum est primo sciendum

quod fames innota secundum sententiam medicorum dicitur triplex
scilicet canina, vaccina et sincopalis. 3° non
quod per appetitum caninum intelligere debemus appeti
tum intensum ultra mensuram humane speciei
debitam ita ut homo efficiatur vorax ut canis
qui ponitur animal voracissimum. Ex quo patet quare
appetitus caninus dicitur actio corrupta non
enim dicitur actio corrupta quia appetit quod
appetere non debet sed quia appetit taliter inten
se qualiter competit speciei canine et non humane
speciei et inde dicitur appetitus imitatus in forma
per ea quia scilicet non simulatur vel proportionatur
forme debite sed alteri similiter non dicitur de ap
petitu vaccino quia est cum sacietate stoma
ci et membrorum indigentia. Quomodo autem sit
appetitus sincopalis debet videri 3° 12a. Unde
ex dictis patet quod in appetitu canino duplicem
possumus ymaginari preter naturalitatem una su
mitur ex parte intensionis illius actus appe
tendi cum scilicet iste intensior sit quam competat
forme humane 2am ex parte excellentie obiecti
quod appetitur quia scilicet appetitur obiectum maius
quam forme competat humane et ratione utri
usque dicitur corrupta actio. 2° sciendum quod
multipliciter potest dici aliquis motus vel
operatio naturalis primo ut distinguitur naturale
contra supernaturale voluntarium vel artifi
ciale et sic actionem sensibilem non dicimus
esse naturalem 2° naturale sumitur ut distinguitur contra
violentum prout idem est quod a principio intrinseco
proveniens aut esse ab extrinseco passo conferen
te et sic sensationem volitionem et intellectionem
dicimus naturalem. 3° dicitur aliqua operatio
naturalis magis proprie iuxta sententiam medicorum
scilicet illa que est corpori conveniens secundum naturam in na
li sua dispositione et ad eius productionem
non concurrit aliqua causa preter naturam et
sic diceremus vomitum non esse motum naturalem
esse operationem licet enim ab intrinseco proveni
at ad ipsum tamen concurrit aliqua causa preter
naturam omnem enim operationem ad quam con
currit effective aliqua dispositio preter
naturam vocant medici preter naturalem.
Tunc sit prima conclusio quod capiendo naturale
primo modo prout distinguitur contra corrupti
bilem rem appetitus caninus non est actio
naturalis est enim actio insequens sensationem
oris stomaci. 2a conclusio capiendo naturale
2° modo appetitus caninus est actio naturalis
patet per argumenta ante oppositum adducta. Ex quo sequitur

p° q° omnis

proportionem activarum ad passivas requiritur 2o tarditatem resolutionis humidi a calido non arguere longitudinem maiorem aut minorem vite per durationem si portionis bona et convenientis calidi et humidi restaurationem istud conveniencius arguit quem tanto melior et perfectior quanto calidum est anime melius proportionatum et humidum. Quantum ad 2m sit hec summa conclusio quod accidentali morte 2m plurimum citius moriuntur grassi tamen dicti quam graciles probatur quia 2m plurimum moriuntur egritudinibus suffocantibus et graciles corpus resolventibus prima ratio patet quia et animi intelligenti. Proposito est Avicenna quarta [illegible] allegato capitulo et dicendi notandum 2m plurimum quia contingentibus est egritudinibus aliquibus accidentibus ut sinanchia et similes minus resistere calori etiam propter complexionis caliditatem. 2a conclusio est quod citius aliis partibus moriuntur morte naturali quam graciles ad intellectum probatur quoniam sit in colerici fit quidem melior humidi substantifici restauratio quam in huiusmodi flegmaticis prima quia videtur nota et animi notum est intelligenti. Iste sicut alterius conclusio est forcior sit aliis partibus est vite longior prima ratio [illegible] declaratum primum hic quia non valet quidem velocius constituitur humidum in forte quam in placido quidem forcior plus appropinquat siccitati cum qua non stat vita quam placido et per consequens oppositi quidem stat etiam ante scilicet quidem tardius appropinquat termino mortis forcior quam placido et tamen multo velocior fit consumptio et resolutio in humido fortis quam placidi. Correlarium 2m licet propter resolutionem fiat humidum contrarie [illegible] non tamen cum maiori resolutione sufficientur augmentatur maior humidi restauratio nisi cum aliis partibus et plura alia corporibus contingere possunt que sunt satis nota. 3a conclusio corpora grassa 2o modo sunt longioris vite quam corpora alia qualitercumque aliis partibus. 4a conclusio corpora gracilia primo modo sunt longioris vite quam gracilia 2o modo ut melancolica colerica etc. Ad argumenta patet solutio.

Epilenticorum iuvenibus. Conclusio mutationes etatum regionum temporum anni et morum id est regiminum faciunt alterationes id est sanationes iuvenibus epilenticis probatur sic quia 9o plurimis modis mutationes resolvunt et consumunt materiam a qua dependet epilencia prima patet quia et animi [illegible] declarabitur. Similis summa colligitur

summa 3ii tractatus 4o capitulo de epilencia. Et est utilis in actu practico pronostico et operativo et ampliatur non solum ad epilenciam cuius sed ad omnes cerebrales egritudines a simili materia pendentes. Primo nota epilencia multis et variis modis nominatur quoniam etiam dicitur passio herculea quia fortis quoniam divina egritudo quia occulta quia [illegible] quod lesio veniret a celo quoniam passio infantilis quia infantes magis molestat et infestat quoniam lunatica passio quoniam morbus caducus sive aut ab Avicenna [illegible] loco sic describitur. Epilensia est egritudo prohibens membra animata a sensu et motu et [illegible] non integre huius [illegible] plenius in questione declarabitur. 2o nota licet multe possint esse cause epilensie 2m plurimum tamen causa ipsarum causans est materia flegmatica aut melancolica ad cerebrum ab alio transmissa aut in ipso per se nominatur [illegible]. 3o nota per iuvenes epilenticos in proposito intentione declarabit intelligere debemus in summa etate epilenticos constitutos de quibus communissime verificatur afforismus. 4o nota per alterationem id est curationem mutationes morum id est regiminum in cibo et potu et aliis rebus non naturalibus horarum id est temporum anni et locorum quia regionum etatum scilicet ad etatem iuventutis preterquam ab etate [illegible] et [illegible] mutationes iste facte secundum adquirendam [illegible] epilencie curant epilensiam et similiter operantur calefaciens [illegible] patet cum [illegible] afforismum nam per mutationes iam dictas resolvitur materia factiva epilencie et eius multiplicatio prohibetur prima ratio patet quia. 4o nota quod non quelibet permutatio regiminis etatis et regionis est causa curativa sed oportet quod permutatio regiminis sit ad regimen contrarium et ita de etate et aliis quod patet verificato afforismo.

Circa mutationes etatum locorum et temporum et morum curant epilenciam iuvenum arguitur multipliciter quod non per aucte [illegible] in 4a particula afforismorum afforismo 10o Epilencie quibus ante iuventutem nascuntur plurimum permutationes habent quibus vero annorum sunt 25 plerumque commoriuntur. 2o possibile est epilenciam fieri a causa conjunctiva aut [illegible] sed cause coniuncte occursum non [illegible] removere prima patet quia et animi colligit 3o [illegible] capitulo 10 et summa 3ii tractatus 4o capitulo de epilencia. 3o per [illegible] qualitates consimilem ad hanc sive materia potest fieri epilencia

1a ratio quia nota et 4a probatur quia epilepsia non videtur ab apoplexia differre nisi secundum magis et minus secundum permixtionem qualitatis in materialis excessum potest fieri apoplexia ut supra concessum est 1a ratio. ¶ 2o mutationes temporum generant morbos 1a non videntur curare epilepsiam 4a col. 3a huius aphorismo primo problematum problemate 3o. ¶ 3o arguitur epilepsia et apoplexia sunt idem quia apoplexia non curatur permutationes etatum 1a ratio patet quia et minor quia arguitur maior quia epilepsia est ablatio sensus et motus sicut apoplexia et ab eadem causa scilicet oppilatione. 1a ratio patet quia et colligitur maior 3o interiorum capitulo 4o ubi ponitur quod non audit nec videt ratio et sic ablatus est sensus quia ablato sensu aufertur motus ut Galenus de accidenti [illegible] operimento patet ipsos cadere et non sentire si pungantur vino etiam in igne comburi.

¶ Ad oppositum est ypo. in aphorismo et quia in questione isto premittenda sunt aliqua preambula 2o questiones de quesito 3o movende sunt difficultates et solvende. ¶ Quantum ad primum est sciendum primo ut ponit Avicenna 2a primi capitulo de complexionibus dispositionibus egritudines multis modis nomina sortiuntur. Nam epilepsia multas denominationes recepit quandoque enim denominatur ab accidente quod [illegible] ipsam et dicitur morbus caducus quia facit hominem cadere ad terram quandoque a membro vel parte lesa ipsa etiam dicitur epilepsia ab epi quod est supra et lensis lesio. Dicitur etiam quidem morbus sacer quia sacram partem scilicet cerebrum quod est anime [illegible] ledit iuxta sententiam antiquorum dicitur ab occultatione sue cause que est ignota vulgo etiam morbus divinus ignorantes enim vulgares eius causam ipsam diis tamquam causam immediatam attribuebant. Dicitur etiam herculea passio aut quia hercules passus est aut quia fortes et fortes devincens ut fuit hercules prosternebat. Dicitur etiam lunatica passio a mutatione quam facit secundum lunationes quia frequenter secundum lune quadras aut secundum lunares menses egrotantes invadit. Dicitur quoque ab etate in qua plurimum advenit infantilis passio quia in infantibus frequenter evenit quia ex ea frequenter moriuntur pueri. Passio etiam ista matrix puerorum frequenter nominatur. ¶ Ad propositum quamvis hec nomina distincta sunt unam tamen passionem ab auctoribus dictam epilepsiam important. ¶ 2o sciendum est de hac passione ab auctoribus varie dantur

descriptiones. Averrois enim 3o colliget ultimo capitulo ipsam taliter describit. Epilepsia est egritudo que facit cadere patientem in terram [illegible] et tunc moventur omnia membra motu malo [illegible] et privantur omnes sui sensus et virtutes animales aut diminuuntur et colliguntur et contrahuntur omnia ipsius membra sicut spasmata. Serapio autem primo sui breviarii et 3o taliter describit. Epilepsia est spasmus totius corporis non tamen semper et est cum nocumento actionis omnium membrorum principalium. Galenus autem 2o interiorum 3o capitulo: Epilepsia est totius corporis spasmus in firmum et mollicies [illegible] id est paralysim. Gordonius autem dixit: Epilepsia est morbus cerebri consimiliter auferens sensum et motum totius corporis cum perturbatione mentis propter oppilationem factam in ventriculis cerebri non finaliter. Omnes ille descriptiones sane intellecte salvari possunt perfectior tamen inter omnes videtur posita ab Avicenna primo tercii tractatu 4o capitulo de epilepsia. Epilepsia est egritudo prohibens membra animata a sensu et motu et erectione non integre, inquam hec egritudo ponitur pro genere et capitur genus pro dispositione preter naturam ratione vel fortius potest nominari egritudo [illegible] ut videbitur infra per hoc quod dicitur prohibens ratio differt ab apoplexia in qua integre impeditur ratio differt etiam a paralysi et mollicie ratio perfectior tamen describitur [illegible] illa posita ab Avicenna loco preallegato ut infra videbitur.

¶ 3o sciendum quod in epilepsia triplex [illegible] tempus quantum ad eius paroxismum scilicet principium status et declinationis ipsius paroxismi et in medio includitur augmentum et status quantum ad principium et declinationem evidenter sentiunt [illegible] quantum ad augmentum in statu tamen alii epileptici forte [illegible] non sentiunt et ita tunc etiam motum perdunt voluntarium et [illegible] differt apoplexia ab epilepsia propter quod dixit Serapio quod est spasmus totius non tamen semper [illegible] non perfecte prohibetur [illegible] in declinatione [illegible] oppilatione iam [illegible] in statu [illegible] est. ¶ 4o sciendum quod a multis causis provenit epilepsia scilicet a causa extrinseca et intrinseca ut a forti frigore extrinseca adhuc [illegible] nimium cerebrum ledente quare contrahitur cerebrum in se ad repellendum nocivum ad cuius contractionem contrahuntur nervi et nervosa

membra et in tali contractione prohibetur transitus spiritus animalis super toto vel minuitur et sic fit motus spasmosus in membris et impeditur sensus. Quandoque autem a causa intrinseca corporali et hec duplex scilicet per communitatem et proprietatem; per proprietatem appellatur epilentia cerebralis; per communitatem recipit denominationem a communitate membrorum ut dicitur stomatica splenetica mirachia et sic de aliis. Contingit enim a membro quantumcumque distante transmitti materiam et non tamen ad cerebrum quare compatitur cerebrum et fit spasmus in toto secundum modum iam dictum ut colligi potest 3° interiorum capitulo x° de puero a tibia elevabatur materia ventosa. Ad propositum de qua ista ratio est sermo in proposito potissime tamen de cerebrali ex proprio scilicet cerebri nocumento contingente. Ex quibus patet primo quod epilentia potest esse spasmus non proportionatus ad materiam quia nulla in cerebro vel membris communicata materia nervos replentur sed solo vapore aut mala qualitate nocente transmissa etc. Patet 2° quod possibile est etiam esse spasmum proportionatum ad materiam scilicet de repletione etc. quia materia primo potest replere originem nervorum secundum latitudinem eos augendo et longitudinem minuendo. Patet 3° quod ipsa potest simul esse utrumque spasmus concurrentibus ambobus ut patet. Ex quibus ulterius sequitur non omnem epilentiam esse paroxismalem patet de dependente a nervis a causa primitiva vel provocatione plura alia concludi possunt ex hiis. ¶ Quantum ad 2m sit hec prima conclusio non quelibet epilentia curabilis est apta curam recipere per mutationem etatis etc. patet de dependente simpliciter a causa primitiva et dependente a humoribus etc. ¶ 2a conclusio est hec epilentia est per simplicem alterationem patet simul intelligenti. ¶ 3a conclusio est quod epilentia quam contingens per proprium cerebri nocumentum maxime circa apta est recipere permutationem etatis ex pueritia ad iuventutem et simul mutationem temporis et regionis iuvamentum proportionatur quia scilicet calide et sicce complexionis patet quia per talia simul potissime resolvitur et prohibetur multiplicatio materie faciens apoplexiam igitur patet quia et animi intelligenti. Ex quo patet per limites intelligendos esse pueritiam vel saltem citra 24 annos. ¶ 4a conclusio est non epilentias cerebrales de aliis a corporali causa intelligentibus verius est afforismus a via flatica maxime pendentibus vel alia humorali

post quam colerica pars satis intelligeretur et iste due conclusiones respondent ad questionem. ¶ Sed circa dicta sunt difficultates. Prima difficultas est quod non videtur quod epilentia et apoplexia in causa conveniunt. Epilentia causatur a ventositate ut 3° canonis fen prima allegato capitulo et 3° colliget et iii° interiorum allegato capitulo apoplexia tamen non ut patet per predictos auctores igitur etc. Item quia apoplexia ex sola oppilatione arteriarum portantium spiritum vitalem ad cerebrum ex qua tamen non fieret epilentia quia non motus contractivus. ¶ 2a difficultas quia non videtur quando epilentiam esse spasmum quia possibile est vaporem non inferentem cerebro speciale nocumentum oppilare originem nervorum ut oppilationes sensus et motus impediant non integre sed hoc posito non fiet spasmus quia non fiet cerebri contractio igitur etc. ¶ Item in statu paroxismi non est motus spasmosus. 3a difficultas est hec si primus vapor vel ventus est causa contractionis etc. sequitur quod semper in febribus calidis fieret epilentia quia semper ad cerebrum multe fumositates materie nocive ascendunt igitur semper debet contrahi ad expellendum nocentem et per consequens etc. ¶ 4a difficultas an epilentia proprie debet dici accidens vel egritudo. ¶ Ad primam istarum dicendum primo quod secundum plurimum conveniunt causa saltem antecedente epilentie et causa coniuncta apoplexie licet in causa coniuncta non sic necessario quia epilentia plurimum a ventositate causatur cuius signum est velox resolutio et finitio paroxismi licet etiam ab humore contingat. Etiam quod apoplexia potest fieri a ventositate grossa sed quia raro advenit hoc non fecerunt auctores mentionem. ¶ Ad confirmationem potest dici quod ex sola oppilatione arteriarum potest fieri epilentia et quod non est essentiale epilentie esse spasmum sed accidentale. Vel dicitur quod non esset epilentia quia non esset spasmus ibi et cum dicitur augmento ipsius communicare melancholicus intelligitur sic apoplexia secundum plurimum contingente qualis non est illa scilicet que fit ex oppilatione venarum subetherearum sed plurimum fit ex oppilatione ventriculorum cerebri. ¶ Ad 2am simul sic ad primum. ¶ Ad 2um dicitur negando quam eo quod licet ascendant vapores non tamen perveniunt ad ventriculos cerebri. ¶ Ad 3m potest dici quod isto fumo epilentia auctores utuntur simul tamen communiore quam eum accipiunt pro illo motu et appellatur impeditum in sensu et motu voluntario et sic est accidens

virtus motiue ut patet quia aut sunt per illa
privatione spiritus et motus voluntarii vel impe
dimento et quotat contractor in aliquo spe
sui et sic iterum est accidens quia aut sunt
pro ipsa astrictione sub cerebro et venis
vaporum eius ad expellendum etc. et sic est
egritudo saltem in receptaculo potest etiam dici
accidens quia malus motus et sic potissime
describitur ab auctoribus. Ad argumenta prin
cipalia ad primum patet per inventionem prevenciam
esse intelligendam. Ad 2m similiter patet quid sit
dicendum. Similiter ad 3m dicitur quod mutationes
temporum generant et curant eos morbos.
Ad ultimum dicitur quod epilenticus in aliqua
parte sui paroxismi privatur sensu et motu
non ut in guione dictum est et in hoc differt
epilensia ab apoplexia.

Utrum dolor | Consequenter queritur utrum duorum
dolorum qui simul sunt quo ad tem
pus et non 2m idem membrum ma
ior denigrat minorem probatur
quia maiorem dolorem aufert a parte minus dolen
te et divertit spiritus qui est instrumentum sensus
quo percipitur causa doloris in ea etc. patet
quia et 3m ea littera declarabitur similiter sententia
colliget 3o 16o tractatu 3o capitulo de colica
ad finem et est principalis in arte operativa quia
docet nos per dolorem divertere et ampliatur
ut patet. Primo nota quod dolor est sensibilitas
rei contrarie subito et inaliter imprimentis colliget
2a primum capitulo de causis doloris et per sensibilitatem
debemus sensationem intelligere quamvis ut
predixi probabiliter teneri posse dolorem
non esse sensationem ex quo sequitur quod dolor est
actus sensationis exterioris scilicet tactus etc.
Secundo quod non est perceptibilis sensu exteri
ori et per solam virtutem interiorem de ipso po
sset fieri videtur et similiter de delicia est di
cendum. Tertio nota simul quo ad tempus
et non 2m eandem partem supple ut multum
propinquam ut magistro colliget. Quarto non denig
rare id est remittere vel auferre et est mani
festus modus loquendi et sunt hic modo
methaphora sicut lux intensa sensum per
sensus dum delectat dicitur obscurare ita
dolor dum sensum occultat. Quinto quod dolor
quadrupliciter removetur aut remittitur a me
bro dolente scilicet per simplicem alterationem que
fit per contraria 2o per anodinam 3o per opiata
sive narcotica 4o per divertentia ad que red

ducitur dolor divertentia aut operantur diver
tendo causam et instrumentum quo fit sensatio colliget
4o colliget et 4o de simplici medicina et contra
primum capitulo penultimo. Sexto nota dolorem esse
causam currens spiritus ad partem dolentem
propter plura primo quia est contrarius nititur vir
tus currit spiritus ad removendum etc. 2o quia
inflat 3o quia debilitat quare frequenter
ad partem illam magis currit causa doloris
ex quo colligitur primo causa veritatis assumpti
patet 2o vel malam complexionem vel solutionem continuitatis
vel ambo simul esse doloris adequatam causam
quia eos sequitur. Primum dubium dolor non con
trariatur dolori et non curat. Respondetur mul
tipliciter aliqua sedant dolorem primo removen
do causam a qua pendet dolor et illa dicuntur
vere sedare 2o impediendo spiritum a debita
perceptione cause doloris et hoc potest fieri aut
per complexionis alterando alteratione
qua non est sensationis debitum instrumentum
aut spiritum a loco doloroso divertendo et ita
dicuntur non vere sedantia. Prima quod dolor
non curat dolorem primo. 2a quod dolor cu
rat quia divertendo etc. Ex illo sequitur quod
dolor potest esse causa vere curativa doloris
inflamando eum et calefaciendo potest esse
causa ut materia resolvatur que est causa etc.
Ad argumentum patet solutio. 2m dubium est
an dolor remissior potest intensiorem remit
tere quod sic quia ad dolorem quantumcumque currit
aliqua spiritus quantitas que si ipse non esset
curreret ad locum fortis doloris. Item possibile
est dolorem remissum ex propinquo non minus at
trahere quam intensum ex longinquo. Ad
oppositum videtur etc. hic tenende sunt iste con
clusiones. Prima dolor remissior aliqualiter
remittit intensiorem id est est causa quod est inten
sior sit remissior patet satis. Secunda quod est quod
eos equipotens equipotentem remittit. Tertia
quod licet ita sit non minor cum maiore nec equalis
equalem denigrat patet quia denigrare est oc
cultare. Ultima quod magis denigrat mi
norem etc. Ad argumenta patet solutio etc.

Utrum plures dolores possint esse
in eodem membro adequate arguitur
multipliciter quod sic primo possibile est in
eadem parte simul esse plura contra
dolorem 2am arguitur quia possibile est in
eadem simul esse malam complexionem diversam et so
lutam continuitatem notabilem quarum quelibet est

obiectum doloris ut colligitur 2o tegni ¶ Confirmatur quia deducta mala que stilus perforans in membrum sensibile dolorem induceret simul deducta acuitate stilus acutus et eiusdem membro dolorem causaret igitur hiis ambobus concurrentibus utrumque istorum dolorem causaret et non eundem quia non essent sensationes eiusdem obiecti igitur etc ¶ Confirmatur quia possibile est eadem parte simul esse dolorem extensivum et agravativum igitur etc satis patet ¶ 2o quia sicut arguitur possibile est eandem partem simul calefieri et infrigidari igitur etc colligitur 2o de accidenti et morbo ¶ 3o ad principale possibile est in eodem esse plures delicias igitur et dolores patet quia et aliter arguitur quia delicia causatur per reditum sensibilis membri ad naturalem eius temperiem sed potest contingere plures qualitates lapsum contingit illas reddire ad naturalem temperiem igitur etc ¶ 4o sicut se habet mens vel anima ad dolorem anime ita corpus ad dolorem corporeum sed in mente plures sunt simul anime dolores igitur etc ¶ Ultimo ad idem sicut se habet visus ad visibilia ita tactus ad tangibilia sed in visu possunt esse simul plures visiones distincte igitur et in tactu plures sensationes tactive et per consequens etc vel si negetur inquirat diversitatis causa quare visus simul potest distincta visibilia distincte percipere non autem tactus Ad oppositum videtur quietator inquieto ¶ Premittenda est hec distinctio quod plures dolores esse in eodem adequate possumus vel quorum unum est alterius pars vel ambo alicuius 3i vel sic quod non fiat una sensatio ex eis exempla patent ¶ 2a distinctio plures dolores etc possumus ymaginari vel obiectorum eiusdem speciei solum vel dissimilium ¶ 3o premitto quod specifica distinctio sensationum eiusdem sensus contingit speciem maxime et principaliter arguitur ex specifica distinctione obiectorum cum aliis paribus dico autem notanter cum aliis paribus propter illud de alonge visum et iuxta de spere similes contingit speciem visiones generantes intelligitur hoc de sensatione qua distincte et confuse sentitur ¶ Ex quo infero 2o quod sicut ex gradu caliditatis preexistente in subiecto et superaddito resultat una caliditas intensior quam aliquis illorum ita ex sensatione caliditatis et preexistente ¶ Premitto 4o quod sensus percipiens obiecta distincta unico non percipit distincte nisi illa sub ratione singularium circumstantiarum distinctarum cum quibus illa apprehendit sensibus Ubi gratia visus non distincte apprehendit a et b albumina nisi quia in alio situ apprehendit a et in alio b aut in alia distantia aut alterius magnitudinis et figure sed apparet a et b in eodem situ adequate ponerentur procul dubio non iudicaret visus de a et b tamquam de distinctis obiectis ¶ Ex quibus primo infero istas ambas esse concedendas a et b sunt una qualitas et tamen a quam b sunt sensatio et tamen tam a quam b non sunt una sensatio Aliud enim est esse unam qualitatem et aliud est esse unam sensationem Ex quo ulterius sequitur quod licet ex visione qua video sortem et visione qua video platonem fiat una qualitas vel forma non tamen ex ipsis fit una sensatio quia non unius adequati obiecti apprehensio ¶ Ulterius infero consimiliter esse de intellectione dicendum et plura alia conclusiones concludi possunt ¶ Premitto ultimo quod tactu ab obiectis pluribus eiusdem speciei malis intimatio quia ex illis qualitatibus in organo resultat una qualitas a qua postea decadit species representativa non iudicat de obiecto uno patet satis sed enim radius solis et ignis calefaciat manum tua nervus iudicat de qualitate in organo impressa que quia una est unica tunc erit sensatio ¶ 2o nota iudicat tactus de exteriori obiecto per talem impressionem ¶ Quantum ad 2m sit hec prima 9o quod possibile est in eadem parte adequate esse plures dolores non facientes unum dolorem ab invicem specie distinctos patet quia in eadem parte potest esse adequate tristis sensatio consequens agravationem et extensionem extensivum calidum et solutis continuitatis igitur etc Et patet per plura adducta ante oppositum ¶ 2a 9o est licet impinentia qualitate tangibiles naturales in organo tactus sint distincta stat tamen unica sensatione sentiri qualitates illas in organo tactus impressas patet per ea que dicta sunt ¶ 3a 9o possibile est in eadem parte adequate esse plures dolores eiusdem speciei partiales Ex quibus resultat unus totalis dolor et est nota 9o ¶ 4a 9o non est possibile in eadem parte adequate esse plures dolores eiusdem speciei ex quibus non fiat unus totalis dolor Et istam conclusionem intelligit quoddam magistro patet quia obiectum tunc adequatum est unicum et unica sensatio ¶ Ad argumenta principalia ad primum cum eius confirmatione patet solutio per alium partem questionis concedit.

eius ubi totum deductum ¶ Ad 2um dicitur quod
quamvis contingit eandem partem adequate calefieri
super illo fine partem hinc inde dicta ¶ Ad alia
argumenta patet solucio intelligenti

Utrum generacionem saniei etc. ¶ Conclusio affirmativa est ista tempore
generacionis saniei magis acci-
dunt dolores et febres quam sa-
nie generata probatur quia sit tempore illo
materia saniandi maiorem patitur ebullicionem et mem-
bra maiorem extensionem et per consequens laceracionem
et continuitatis solucionem igitur etc. patet quia quanto ex
maiori ebullicione fit maior inflamacio et
ex maiori extensione maior dolor et antecedens
circa finem declarabitur Similiter sua colligitur
in libello de quatuor temporibus in libro mor-
bi et 3o de crisi in pluribus passibus et ha-
betur 3o regis auctorum commento 62o et est
afforismus utilis maxime pronostico et operacio-
ne ut patet et ampliari potest ad omnia apostema-
ta per saniacionem terminabilia ¶ Primo nota istum
terminum circa .i. parum ante generacionem saniei
vel circa .i. dum generatur sanies et est opposi-
to sanior et melior 2o nota per generacionem
alteracionem qua preparatur materia ut formam reci-
piat saniei vel ipsius forme substancialis induc-
cionem utraque expositio bona est ¶ 3o nota
quod ut colligi potest primo pronosticorum commento
10 et primo de differenciis febrium et aliqui
in principio commento conmutaciones in corpore humano
circa humoralem materiam contingente sunt tripli-
ces quedam sunt ex toto naturales quedam
ex toto preter naturam quedam autem inter has
medie scilicet per participacionem Exemplum primi sicut con-
versio humoris benigni in substanciam membri
quia non generat nisi naturale primum Exemplum
2i sicut corrupcio membri aut laudabilis hu-
moris ad quam precedit agit preter naturale
primum Exemplum 3i sicut generacio saniei vel
conversio materie in saniem laudabilem quod si dicatur
naturalis calor appellatur bona et laudabilis
sanies si vero preter naturam appellatur virulencia
et sanies mala Ergo quo sequitur agens ge-
nerans saniem non esse solum calorem naturalem
vel preter naturam sed ambo simul ¶ Ad propositum
de qualitate saniei generacione hic est sermo
¶ 4o nota penes auctores reperiri istos
terminos sanies pus virus vel virulencia
et tabes vel tabum / pus et sanies secundum simo-
niam in saniem vel pus laudabile et illaude-
virus autem solum importat materiam corruptam
et similiter tabes licet tabes quandoque significat
per marasmo ut in libello de tabe Et tamen
significat materiam malam fluidam sicut est puter
do contingens in humiditatibus cadaverum tabes
autem significat putredo rei constantis non
fluide ut carnes cadaveris unde dicitur tabes
quasi stans et non fluens Sedes unde Ovidius
2o methamorfoseos protinus in medie nigre
squalencia tabo tecta petit Similiter tamen pro
omni humore ex corpore effuso ut videmus ma-
nant penetralia tabo etc. ¶ Ad propositum
patet ex dictis saniei quatuor esse causas
materialem esse humorem formalis patet efficientem
non in simplici malam esse calorem preter naturam
in mea naturalem et preter naturalem finem
non bone saniei patet esse corporis a super-
fluo mundificacionem ¶ 5o nota quod hora qua
in apostemate generatur sanies fit magna
materie ebullicio unde et membrum apostematum
tunc magis fervet quare spiritus magis infla-
mat et corpus totum aut eius fumos a
materia putrescente elevatos cordi communicat
et ex consequenti fit febris maior quam ante quia
tamen materia ebulliente ipsa ampliatur ad dimen-
siones maiores hinc est eciam quod membrum a-
postematum fit solucio continuitatis magis
quam prius et laceracio et ex consequenti dolor
completa tamen sanie partibus subtilibus
resolutis totum deducitur et ad dimensiones
minores quare solucio continui minoratur et ex
consequenti dolor quia eciam tota materia facta est con-
stancior et solidior et spissior hinc est
quod minus apta est ad cor facere evaporacionem
et ex consequenti minoratur febris Similiter eciam quia
minus fervet et spiritum tocius corporis
minus inflamat et per consequens patet causa verifi-
cans afforismum

Utrum circa generacionem saniei acci-
dunt dolores et febres magis
quam facta sanie Arguitur multis
quia non primo sic in generacione
saniei apostemata lateris scilicet pleuresis non ac-
cidunt dolores et febres etc. igitur patet quia
et antecedens colligitur 3o can Fen 9a capitulo de sig-
nis pleuresis ¶ possibile est membrum
hora generacionis saniei superficiem aut
malam complexionem membro acquirit in totum ut
corrumpet et sensus membri annullatur sed hoc
posito non fiunt dolores magis etc. igitur patet

quia et am̄ simil̄r ¶ 3º similiter arguitur hoc
esset propter eadem tractatam in augmento quia simul
materia ebulliens membrum extendit. Et arguitur
quod non quia possibile est materiam tunc esse multo mi-
noris quantitatis quam ante et tunc minus ex-
tenderet. Assumptum patet ponendo materiam esse
multam resolutionem paratam subtilitate sua
ita ut plus per resolutionem minoretur quam per
ebullitionem in suis dimensionibus augmentetur
vel ponendo in augmento apostematis sta-
rificationem precessisse prohibentem ipsam tunc
augeri ¶ 4º in generatione saniei continue
materia saniante minoratur putredo et caliditas
preter naturam igitur non crescunt accidentia putredinem
sequentia. Consequentia nota et antecedens patet quia continue
in eadem parte est digestio que est alteratio
faciens cessare putredinem manente proba-
tione tertii tegni ¶ 5º a nulla causa potest fieri in
materia saniandā caliditas maior quam prius igitur
non potest maiorem tunc pati ebullitionem. Patet
consequentia et antecedens arguitur quia nec ab intrinseco nec ab extrinseco
non enim ab intrinseco ut patet recedentibus illud
antecedens ut alias ¶ 6º ad finale arguitur aucto-
ritatibus et primo auctoritate Avicenne re-
primi tractatu 3º capitulo 8º Cum illud quod col-
lectum est fit materia febris fortitudo do-
loris et pulsus sedatur et loco doloris ad-
venit res que est sicut pruritus et 2a primi
capitulo de egritudinibus compositis ubi ponitur
quod postquam conveniunt ad statum et ultimum finem
deinde minuuntur et maturantur. Maturatio igitur
sequitur minorationem apostematis. Item 3a quarti
capitulo de signis corruptionis interiorum quando
materia fit sanies sedantur dolor et febris vel
tunc illa febris non est effimera nec putrida continua
nec interpolata nec composita et cetera ¶ Ad oppositum
est ypo. in afforismis et gal. in augmento ¶ In hac
primo premittenda sunt notabilia 2º ponen-
de sunt conclusiones de quesito ¶ Quantum ad
primum sit hec prima distinctio quod sanies est du-
plex scilicet laudabilis et inlaudabilis que
illaudabilis virus vel virulentia dicitur
et de qua talis istarum potest esse sermo in pro-
posito ¶ 2a distinctio est quod apostema mul-
tipliciter terminari potest scilicet per viam resolutionis
suppurationis sive saniationis et ad presens
sufficit hoc est primo ut patet de apostemate terminando
per viam suppurationis vel saniationis ¶ 3a dis-
tinctio quod aliquid ante maturationem vel saniationem
apostematis precedit materiei minoratio

et quam non secundum primi ut prima apostematis
magnitudine fiet ante maturationem stati-
ficatio secundum 2º patet ¶ 4a distinctio quod aliqua
do in generatione saniei constat sanitas mem-
bri apostemati aliquid non ex hoc patent ¶ Notandum
nota quod hora qua in apostemate generatur
sanies fit magna materie ebullitio. Unde
et membrum apostematum tunc magis fer-
net quare spiritus magis inflamat et cor-
pus totum aut cetera fumos a materia putrescen-
te elevatos cordi communicat et ex consequenti fit
febris maior quam ante quia tamen materia
bulliente ipsa ampliatur ad dimensiones ma-
iores tunc est etiam quod membri apostemati
fit solutio continuitatis maior quam prius
et laceratio et ex consequenti dolor completa tamen
sanie partibus subtilibus resolutis totum re-
ductum est ad dimensiones minores quam solo
qualiter minoratur et ex consequenti dolor quia etiam
tota materia facta est constantior et solidior
et spissior tunc est quod minus apta est ad cor e-
vaporationem facere et ex consequenti minoratur febris
similiter etiam quia minus fervet et spiritus totius
corporis minus inflamat ¶ Quantum ad 2m
sit hec prima conclusio possibile est in generatione saniei
illaudabilis minorem esse dolorem et febrem
quam sanie facta deterior est eius putredo
igitur deteriora potest imprimere nocumenta patet
consequentia et antecedens satis patet. Item quia possibile est saniem
malam grossiorem factam esse et minus sensi-
bus imprimentem ¶ Nota tamen quod hoc non est necesse
quia potest sanies esse ita mala ut sensum mem-
bri penitus destruat membrum mortificando
quo posito in generatione erat dolor fortis
et tamen in facto esse saniei non ¶ Secundo sequitur
quod in generatione talis saniei non necessario
precedit dolor augendo ¶ 3a conclusio est non ne-
cessario in generatione saniei laudabilis au-
gentur dolores et febres probatur hoc igitur in tribus
casibus ¶ Primus casus est ubi satis precedit
saniatio materia ita ab aliqua accidentali re-
mittatur et sensibilitas membri completa
non tamen reddeat membri sensibilitas ¶ 2us
casus est quod satis materia saniatur vel ad saniei for-
mam alteratur ita ad loca parvitet exteriora
¶ 3us casus est quod satis disponitur ita de ipsa
fiat evacuatio unde continue remanet materia
sub dimensionibus minoribus et pauciores
patens ad cor putridos fumos emittere tunc
enim patet quod satis generabitur sanies ita remit

facta in muliere pregnante significat aborsum probatur sic huiusmodi gracilitas significat nutrimenti defectum ergo consequentia patet quia et antecedens circa literam declarabitur idem 2a 3a tractatu 2o capitulo primo ad principium et 6o interiorum capitulo 80 ad finem et est utilis afforismus et amplianus ut patet ¶ Primo nota per li subito intelligere debemus valde velociter ita ut in parvo tempore faciliter gracilitentur vel extenuentur quod notanter in afforismo ponitur quia dato quod paulatine graciles fierent non tamen evidenter concluderetur aborsus ut si in octavo mense incipiant fieri paulatine graciles aut septimo probabiliter potest fetus habere sufficiens nutrimentum donec ad tempus naturalis partus pervenerit ¶ 2o nota matricis ad mamillas magnam esse colligantiam primo per nervos quosdam [illegible] et delectatio facta circa mamillas ex [illegible] tioso tactu multum comunicatur matrici ut colligitur 2a 3a tractatu primo capitulo de cura sterilitatis colligantur etiam per venas attrahunt mamille sanguinem a matrice per venas venus matricis continuas ut colligitur in quarto 2a 3a capitulo de cura embrionis et prima primi capitulo de membris sed ubi ponitur sanguinem menstruum tempore impregnacionis in plures partes dividi quarum aliqua cedit in nutrimentum et generacionem fetus et membrorum aliqua vero transit ad mamillas per venas predictas ut tempore opportuno convertatur in lac et infantem nutriat extra uterum natura enim nullius invenitur productionem intendit et ad eius conservacionem non sit sollicita 80 de generacione animalium Sequitur ex disposicione mamillarum argui aliquando posse disposicionem matricis et fetus impregnante ¶ 3o nota quod mamilla potest fieri gracilis subito propter multas causas primo propter subtractionem lactis replentis mamillas ut in nutricibus evenit / 2o propter magnum nocumentum existens in matrice ut apostemata vel dolor / 3o propter nutrimentum in pregnante fetum deficere quare cogitur virtus retrahere partem illam que pro lactis generacione erat necessaria et hoc ultimo modo maxime in proposito verificatur gracilitas tamen alia causa potest esse oppilacio venarum sanguinem ferentium ad mamillas.

sed propter illam non fit subito sed propter alias ut patet de primis duabus similiter 3o quia ex naturali ordine sanguinem natura ad fetus nutrimentum finaliter ordinatum solum attrahit relinquens partes que ad generacionem lactis finaliter ordinantur illa vero consumpta cogitur attrahere etiam ad mamillas et quia alimentum deficit in parvo tempore multum de illo attrahit ad matricem quare subito in parvo tempore mamilla extenuatur sit ¶ Ex quo patet causa verificans afforismum ¶ 4o nota ad veritatem afforismi quedam condiciones requiruntur primo quod ista extenuacio sit precedente et notabilis 2a quod ista extenuacio sit respectu soliditatis naturalis si enim fuerit respectu soliditatis tunc habet veritatem alias non quia sunt aliquando ubi supra quecumque duarum mamillarum extenuatur a soliditate sana tunc habens eam abortit nulla die [illegible] ¶

Mulieri in utero gerenti prima afforismi est ista si altera mamillarum fiat gracilis mulieri pregnanti ex gemellis ipsa abortiet alterum gemellorum probatur sic in tali deficiet nutrimentum pro altero gemellorum ergo [illegible] patet quia et antecedens circa literam declarabitur ¶ Primo nota per geminos habere intelligendum esse mulierem pregnantem ex pluribus fetibus simul cuius causa potest esse vel superimpregnacio vel multitudo spermatis aut cellularum distinctio cum diversis motibus declinacionis in matrice provenientibus ut declaratur in 2a 3a capitulo de generacione embrionis ¶ 2o nota quod sicut mamille distincte sunt ita cum diversis partibus matricis habent colligancias ut dextra cum dextra et sinistra cum sinistra quia ergo fetibus pluribus existentibus ad distinctis partibus matricis eorum 2m plurimum sugunt nutrimentum hinc est quod tunc altera mamillarum gracilis facta significat solum 2m plurimum in altera parte matricis deficere nutrimentum et per consequens solum alterius fieri aborsum ¶ 3o nota non esse intellectum ypocratis solum unum fetum abortiri sed intellectus est quod abortit unum saltem quamvis ut plurimum fiat aborsus amborum propter causas notas ¶ Et quidem dextra ¶ 2a ergo dextram mamillam pregnantis abortet masculum probatur quia tunc deficit

intrinsecum masculi ergo 9o vera patet quia et commentum circa litteram declarabitur ¶ Primo nota latus dextrum naturaliter calidius esse latere sinistro iuxta sententiam afforismi fetus mares quidem in dextris Ex quo colligitur probabilis causa verificans afforismum cum mamilla dextra provenias colligantiam habeat cum dextra parte matricis et sinistra cum sinistra detumescente dextra significat partem dextram matricis in detrimento pati et per consequens fetum in dextro contentum latere abortiri qui secundum plurimum est masculus ¶ Secundo nota hoc totum esse verum ut in pluribus contingit enim in latere dextro contineri feminam sed quia tamen secundum plurimum est ita ut infra in 4to videbitur afforismo concordia et utilitas colligitur ut patet

Si mulier que etc. 39o afforismi est ista mulier non pregnans est que non peperit habens lac eius menstrua defecerunt probatur sic huiusmodi mulieris sanguis per inferiora debens evacuari ad superiora divertit ergo etc. vera patet quia et commentum circa litteram declarabitur idem 2a secundi tractatu 3o capitulo primo et ampliatur ut patet ¶ Primo nota non solum de ista muliere non pregnante verificari afforismum ymmo etiam de pregnante et que peperit in talibus secundum plurimum deficiunt menstrua quia tamen hoc est rarius et preter naturam illud vero secundum naturam ideo de his specialiter in proposito posuit afforismum ¶ Secundo non huiusmodi afforismum intelligendum esse ubi lac sit multe quantitatis exuberantis et cum hoc perseveret ubi enim hoc non fieret non oporteret ex lactis generatione sic concludi ¶ 3o nota hoc verum esse ut in pluribus ubi enim esset mulier valde sanguinea contingeret ex ocio vel regimine tantam in ea superhabundare sanguinis copiam ut pars eius tenderet ad mamillas et per consequens ad inferiora effunderetur ideo ut in pluribus suam veritatem continet Ex quo colligitur causa verificans afforismum apparente enim huiusmodi factis exuberantia significat sanguinem retentum ad venas matricis effundi et per illas expelli sursum repercuti et per consequens etc.

¶ 4o nota menstruorum defectum aliquem esse naturalem alium preter naturalem naturalem quia factum a natura ad finem per se ab ea intentum puta conservationem individui vel speciei sicut in pregnante vel lactante puella quando etatem vel senili preter naturam vero appello contingentem ab aliqua causa preter naturalem impediente sicut esset varium oppilatio aut aliquid huiusmodi Ad propositum hic est sermo de defectu 2o modo ut sit sensus menstrua defecerunt scilicet preter naturaliter ¶

Mulieribus quibus etc. 40o afforismi est ista sanguis in mulieribus conversus in transmissus ad mamillas et in lac non existimatus significat maniam eiusdem futuram probatur sic ex huiusmodi sanguine taliter converso significat multos fumos calidos ad caput ascendere ergo etc. vera patet quia et commentum circa litteram declarabitur Idem prima secundi tractatu 10 capitulo de signis manie Et est utilis et ampliatur ut patet Primo nota non solum de mamillis verum esse sed etiam de aliis superioribus partibus sive corporis sanguis enim fluens ad illas et in illis retentus potest etiam maniam causare vel etiam solum maniam utrobique causare potest sed etiam alias egritudines ut flegmone causonides etc. quia tamen frequentius contingit sanguinem superfluum sic ad mamillas moveri ideo expresse de ipsis specialiter expressit et quia etiam de agentibus mamillarum et matricis determinatum erat ¶ Secundo nota per sanguinem conversum intelligendum sanguinem ad mamillas moveri qui scilicet per venas matricis deberet campere vel et convertitur alio ad quem scilicet naturaliter deberet fluere et suppleendum est ipsum sub forma sanguinis permanere ita ut non convertatur in lac vel in mamillarum substantiam ¶ 3o nota penes auctores quinque reperiri istos fumos mania melancolia et alienatio Est autem alienatio fumus quidam impertans omnem cogitationis corruptionem melancolia autem est corruptio cogitationis cum timore Cuius causa secundum plurimum est melancolia naturalis adusta aut flegma adustum aut sanguis mania non est cum ira et furore et sine timore et eius causa est colera naturalis vel adusta ut 2a primi in suis capitulis Ad propositum licet mania sit proprium quod dictum est potest tamen extendi ad melancoliam et hoc secundum varias dispositiones sanguinis ascendentis contingit si enim fuit colericus adustus ab isto elevati fumi tales et fit mania si non grossus et melancolicus fit melancolia

et ex hoc verificatur afforismus ¶ 2º nota
ad veritatem afforismi requiri condiciones
primo quod huiusmodi sanguis sit multus si enim
foret modicus posset virtus ipsum vincere
et consumere ¶ 2ª condicio quod huiusmodi sangui-
nis sit calidus aptus fervere et hec quantum
ad mamillam proprie dictam vel sit aptus ut ex
eo elevetur vapor adhustus melancolicus
quantum ad mamillam impropie dictam sive melanam
et hoc quia condicione sequitur 3ª condicio quod
non sit flegmaticus aquosus ex corpore enim fiet
stupor aut rubet ¶ 4ª quod cerebrum ita sit
debile ut non possit hos fumos repellere
ad ipsum ascendentes de lacte dicas quod possum
supra capitulo de embrionis generacione ¶

Mulierem si vis scire etc. 19º Si ma-
volens scire si mulier est pregnans
debet ei dare mellicratum ad bi-
bendum hora qua dormitura est
probat sic per huiusmodi mellicratum exhibi-
tum nullo notabili nocumento mulieri illa-
to comprehenditur mulierem pregnantem vel non
pregnantem ergo consequens verum patet quia et antecedens inse-
quentibus declarabitur ¶ 2ª ergo mellicrato
exhibito mulieri et consequentibus torcionibus
circa ventrem significat mulierem esse pre-
gnantem vel concepisse probatur sic ex huius-
modi torcionibus significatur matricem con-
strictam conceptione intestina comprimere
et ventositates ex mellicrato generatas
retinere et consequenter torciones circa ventrem causare
ergo consequens verum patet quia et antecedens circa literam
declarabitur Avicenna summa colligitur 21ª 3ª tercia
tractatu primo capitulo de signis impregnacionis
et iudiciis eius dicit inquit et quando cognoscere
fuerit dispositio impregnacionis per exponere
tunc de quibus est ut in potu detur de aqua
mellis in hora dormiendi 2 ℥ in tanto
pondere aqua pluvialis permixta et videat
an permiciosum sentiat an non et cum quidem
in illo est retencio inflamacionis in concavitate
intestinorum licet medici inveniunt mihi et
est experimentum certum nisi mansuetus por-
tare illud Et 40 breviarii Serapio capitulo
370 ubi putem allegat et verificat afforismum
Est autem utilis et amplificatur ut patet ¶ primo
nota non solum in processu impregnacionis
verum esse afforismum sed eciam in singulari uno po-
tissime de principio verificatur et intelligitur
quia in magis imminet dubium ut videbitur

¶ 2º nota licet permulta signa que omnia
sunt probabilia possimus significare super
impregnacionem ut ex horripilacione mulieris
post coitum forti attraccione in virga per
cepta retencione menstruorum vomitu ab-
hominacione et sic de aliis positis ab Avicenna
et Serapio locis allegatis supposito tamen
vincere signum tangit ypocrates sumptum a
potu mellicrati quod cum debitis condicionibus
consideratum probabilem habet evidenciam ¶ 3º
nota per mellicratum debemus intelligere mel
et aquam simul commixtas dum enim eas in-
stere ydromel aque partem scilicet mellis vero
et aque dominante proprie dicitur ydromel melle
non dominante dicitur mellicratum cratum enim
grece vinum vel potus latine in mellicratum
vinum et potus sumptive ex melle et aqua
scilicet dominante melle proprie non dicitur mulsa quia
ex melle et aqua vel mulsum apud alios
Ad propositum per mellicratum mixtum tale in
proposito mellicratum dictum debemus ¶ 4º nota
quod mel cum sit calidum et siccum in 2º gra-
du ut 10 canonis capitulo de melle et Serapio
et diascoride colligitur in isto tamen sunt
partes aquose crude paucas tamen est in-
flativum et ventosabile nisi sufficienter de-
coctum fuerit 2º allegato capitulo de melle
ideo melle crudo sumpto sine aqua mixta
sive non inflat licet ventositas ab eo ge-
nerata sit facilis et levis resolucionis
propter ipsum mel per eius substancias resolu-
tivare sua caliditate et acuitate ¶ 5º non
notanter dictum esse circa dormitum aut ut
calor renovatus sit potencior ad ipsum cum
mutandum vel forte ne subducatur quia sic
acuitate est solutivum sompnus autem retinet
evacuaciones ideo ventositatem illam retine-
bit quia forte in vigilia parum ex istis
propriis totum pereciet vel dicitur ut prius
ut evitetur per sompnum nocumentum quod habet
mellicratum ut non solvat et digerat ¶ 6º
nota quod tempore impregnacionis matrix ve-
hementer constringitur ita ut extremitas
stili non ingrederetur os matricis quare et
tota corrugatur ad interiora et quia sub
ea iacet rectum intestinum ideo ad interiora
corrugata et collecto recto intestino ve-
hementer inheret et consequenter ipsum comprimit
eius gravitate attenuando vel ventosi-
tas in intestinis existens non potest libere

pro concavitatem intestinum penetrare sed ad locum
perveniens illud intestinum aliquo modo violenter
extendit quare et inducit dolorem et punctionem
seu torcio ibi causatur que non causaretur
matrice illud intestinum non comprimente sicut
dictum est Ex quo patet primo causa verifi
cans afforismi quantum ad omnes conclusiones
patet 2o quare magis de mellicrato quam de
alia potatione mentionem facit quia est
familiaris generans ventositatem levem
non potens notabile facere nocumentum
quod non de multis aliis potibus reperiretur
patet ergo ipsum dixisse mellicratum dans
per illud intelligere omne tale sicut illud
Ultimo nota ad veritatem afforismi
requiri aliquas conditiones quarum alique
sumuntur ex parte mellicrati alique ex parte
corporis cui approximandum est ex parte mel
licrati quod sit factum ex melle bono vento
sabili crudo quia coctum non ventosatur
sed ventosatione privatur et sit equa mix
tio aque et mellis ut sua caliditas et sic
citas temperetur ab aqua et sit usque ad quan
titatem avicenne 3o ii / 21a 3a allegato capitulo
ne quantitas minima lederetur aut minus
modica vinceretur sub hac enim dosi experi
mentum verificaverunt auctores Ex
parte vero temporis ut hora qua dormi
turum est Ex parte vero corporis ut non sit
virago neque consueta ut habeat in intes
tinis oppilationes aut materias ventosa
biles aut feces diu retentas ut intestina
pinguia ut ab alia causa compressa sit ergo
mulier mediocris aut quasi mediocris ha
bitudinis ab illis dispositionibus munda
tum istis sic stantibus plene verificabitur
afforismus iste summa ergo credo quod bonum esset
ante tempus quo suspicamur impregnationem
hoc experiri quod si tunc non causaret sed
ante post convenientibus aliis signis [illegible]
est multum probabile ideo etc.

Mulieri siquidem etc. Iste afforismus
patet ex commento etc.

T in pregnanti / 9o afforismus est
ista herisipila facta in matrice
mulieris pregnantis est mortale
probatur sic herisipila in matrice herisipi
la causat morbum vehementer acutum circa
fetum quia matrix magis inferendo no
cumentum ergo patet quia et avicenna declarabit

Idem 21a 3a tractatu primo capitulo de signis
impregnationis Et est utilis et amplicatur ut patet
Primo nota quod per herisipilam intelligendum
est apostema colericum intra matricem causatum
a multa materia colerica putrescente dico
notanter intra matricem et a multa materia
colerica quia posset extrinsecus matricis
ex paucis causari materiis ita ut non vero
esset mortale virtute super istam materiam
obtinente 2o nota posse intelligi hoc esse
mortale aut respectu fetus aut matris aut utri
usque et licet omnibus modis potissime tamen
est mortale respectu fetus quia eius virtus
est debilior et nocumentorum magis recep
tiva 3o nota ex huiusmodi herisipila
multa sequuntur nocumenta ex multa materia
putrescente scilicet et intra matricem primo quia
febrem causat acutam cum sit apostema ve
hementer calidum et in loco cordi satis propinquo
quo venit ergo ad cor potest putredinem mittere
fumi 2o ergo quia mulierem pruritu et
punctione infestat cum materia sit mordi
cativa et corrosiva in membro satis sensi
tivo quare impedit sompnum et quietem
3o quia matricem stimulat ad expulsionem
pungendo et irritando 4o quia ad fetum
putridos acutos et amaros fumos emit
tens ipsum inficit et ad mortem disponit Ex
quo patet causa verificans afforismum / patet
2o quod est mortale per iam signum et causa patet
3o quod non ita acutum apostema est flegmaticum sicut
herisipila nisi in magna quantitate materie
fuit disparitas ideo etc.

Quecumque preter naturam etc. / 10o
afforismus est ista Quecumque preter
naturam existentes tenues conci
piunt prius grossescant abortiunt
probatur sic prius quam tales grossescant fetum
deficit nutrimentum ergo etc. vera patet quia
et avicenna circa tertium declarabit Idem colligitur
21a 3a tractatu 2o capitulo de aborsu ad finem
dum inquit Et dicit quod illa etc. Et est utilis
in arte pronostica et operativa ut patet
Primo nota quod preter naturam tenues non
esse intelligendas quascumque a causa preter natura
li extenuatas verum enim est non de omnibus ta
libus verificabilem esse afforismum sed intelligere
debemus ultimate vel quasi ultimate exte
nuatas ita quod cum extenuatione maiori no
tabili non posset fetus in ipsa permanere

de talibus namque magis verificatur afforismus. ¶ 2º nota extenuationem hanc de qua dictum est esse duplicem quia quedam reparabilis est et quedam non reparabilis sicut est tenuitas in marasmo vel ethica 3e speciei de tali non est sermo in proposito sed de prima. ¶ 3º nota ista particula priusquam grossescant id est prius quam ad naturalem habitudinem reddeant vel sic prius quam sensus eam tarde incipiant quia scilicet antequam incipiant restitui primus sensus potissime verum est quia crescente fetu multo ampliori indiget nutrimento de quo non poterit generari quantitas sufficiens pro sustentatione sua et fetus complemento quare etc. Ex quo patet quod si ingrossescent cessat illud idem contingit quia nutrimentum quod deberet cedere in augmentum fetus attrahitur ad membra matris quare subtrahitur fetui nutrimentum et periculum etc. ¶ Ex hiis colligitur veritas afforismi quam sensit Avicenna alio capitulo dum inquit et dicit quod illa que est vehementior extenuata cum impregnatur abortit antequam grossescat quoniam corpus recipit de cibo ad sui rectificationem et redditionem sue virtutis taliter quod non superfluat embrioni quod ipsum nutriat quare debilitatur etc.

Tertium afforismus sit verus et arguitur quod non quia mulier preter naturam tenuis non potest concipere ergo questio falsa. Patet quia et antecedens arguitur quia in ipsa deficit materia nutritionis ergo a fortiori generationis. ¶ 2º quecumque habent siccas matrices non concipiunt ut infra afforismo 62º. ¶ 3º hic est propter subtractionem nutrimenti. Contra non sufficit quelibet quantitas sed requiritur aliquanta sit ergo quod requiratur libra et patet quod per medium libram potest ingrossari prius quam aborciat. ¶ 4º mulieri non ingrossata non fiet aborsus ergo vel ipsa resumpta vel crescente ergo patet quia eo quod fortior est utrius patet. Ad primum argumentum ponendo quod fetus indigeat primo mense nutrimento ¶ 2º mense due libre nutrimenti 6º sex et septimo septem et sic deinceps et sic verbi gratia pregnans preter naturaliter extenuata ex longa egritudine relevata eius utrius paulatine resumatur ita quod in 2º mense possit restaurare unam

libram sanguinis ultra illud quod in primo impregnationis et in 3º tres et in quarto quatuor et sic deinceps et sic virtus fetus attractiva ita fortis quod omni mense sufficiat isti sanguinem sibi totum attrahere et patet quod ista est preter naturam tenuis et concepit et non abortiet. Et si ponatur [illegible] vel quamque dies incipiat ingrossari ante partum naturalem totus afforismus falsificabitur. ¶ In oppositum est afforismus cum quiento. ¶ Pro ista premittende sunt quedam distinctiones et notabilia et conclusiones de quesito. Quantum ad primum sit hec prima distinctio quod tenuitas preter naturam scilicet reparabilis et irreparabilis supposito de reparabili. ¶ 2a distinctio huiusmodi tenuitas est duplex quedam ultimata quedam non ultimata intelligo per ultimatam valde notabilia ultra quam non posset stante potentia conceptiva notabilem tollerare tenuitatem. ¶ 3a distinctio quod huiusmodi ultimata tenuitas quandoque contingit magne debilitati principalium membrorum et quandoque non quoniam sic infortitus extenuata a causa primitiva ut fame vigilia et ex nulla notabili impressione facta in membris principalibus. Secundum sicut in extenuata in longa egritudine ut flegmatica quartana aut ethica et huiusmodi. ¶ Supponendum 2º quod licet virtus regitiva intendat similiter in pregnante fetus et matris conservationem stat tamen attractivam virtutem membrorum matris superante in attrahendo virtutem fetus extenuari aut debilitari fetum aut corrumpi. ¶ Supponendum 3º quod membrorum inanitio vehemens stante virtute non multum debili est causa vehementie est causa attractionis sicut patet in convalescentibus. ¶ Supponendum ultimo quod virtus regitiva ad fines duos naturaliter intenta quantum potest totaliter vel partialiter utrumque istorum attingit in convalescente cum licet sit maxima necessitas restaurationis pars tamen nutrimenti cedit in sperma et in mulierum menstruum et sic de aliis huius autem causa est alibi investiganda. ¶ Quantum ad 2m sit hec prima conclusio quod non quelibet tenuitas preter naturam impedit conceptionem patet quia non quelibet aufert materiam generationis per ultimam suppositionem quoniam aliqua in tali patientes

pro omnino impedit ergo 9o vera. ¶ 2a conclusio non omnes preter naturaliter tenues concipientes abortiunt secundum quam grossescat probatur quia potest interdum mediocriter a naturali habitudine deficere quod secundum quam fetus multo indigeat nutrimento erit materia complete resumpta igitur etc. ¶ 3a ergo ultimate tenues ad intellectum datum concipientes sine notabili debilitate principalium membrorum non necessario abortiunt secundum quam grossescat probatur sic stat in talibus virtutem potentem esse ad restaurandum quam necessarium est fetum et sine resumptione ergo ergo vera patet quia et alias ponendo quod a causa primitiva sit inducta ista macies vel tenuitas a termino ¶ 4a ergo ut plurimum ultimate tenues cum notabili debilitate principalium si grossescant in processu abortiunt secundum quam ad naturalem habitudinem reducuntur probatur quia ex quo virtus debilis est non sufficit nutrimentum multiplicare sufficiens pro fetus augmento et restauratione ipsa si ergo restituitur signum est plurimam partem nutrimenti pro fetu requisiti a membris matris attrahi quare extenuatur et debilitatur fetus et ex consequenti cito fit aborsus et hoc debet intelligi ubi totaliter restat. Sed si gravida sint necessaria tres libre fetum subtrahuntur due et paucis conualescentie sciunt meum qualescentem melius est non resumi quam resumi debilitati aut in existente debilitate conservari quam aliquo certo modo fortificari Et plura alia secundum ex his ¶ 5a ergo licet ita sit non tamen necessario sed oppositum contingere potest sicut meum ultimum argumentum ad oppositum ¶ 6a ergo stante multa principalium debilitate ex longo tempore acquisita sive grossescant sive non ut plurimum abortit patet quia huius multa tenuitas cum debilitate iam dicta non nisi in longo tempore contingit cum ergo nutrimenti fetus necessitas multum notabiliter augeatur ¶

Quecumque vero etc. ergo prima quecumque mulieres habentes corpus in sua habitudine moderatum sine manifesta causa abortiunt 2o aut 3o mense habent cotilidones mucilaginibus plenas probatur quoniam sit nulla alia alia causa aborsus huius nisi superhabundancia mucilaginum in cotilidonibus ergo patet quia et alias deduceret ¶ Et non possit ¶ 2a ergo cotilidones mucilaginibus plene non possunt fetum sua grandine sustinere probatur sic per humiditatem mucilaginum presentiam relaxantur et debilitantur cotilidones et ad fracturam preparantur ergo ergo vera patet quia et alias circa literam declarabitur ¶ Concordia et utilitas et ampliatio ut precedentis afforismi ¶ Primo nota per habentes corpus moderate intelligendas esse non ultime macras vel pingues sed medias vel ad medium tendentes ¶ 2o nota per causas manifestas illud quod Galienus tangit in commento ut febres acuta apostema percussio et alia evidentes aborsus provocativa ¶ 3o nota per cotilidones ligamenta quibus fetus matrici alligatur 4o nota per mucilagines flegmaticas superfluitates in cotilidonibus illis et per matricem dispersas ¶ 5o nota huius mucilagines aborsum faciunt tripliciter primo fetum nutrimentum subtrahendo quia oppilando 2o spiritum intromictitur male disponendo se constringendo eum 3o ligamenta mollificando quare crescente gravitate fetus rumpuntur 4o matricem lubricando 5o ventositate multiplicando que etiam ad ligamentorum fracturam preparat ut supra Et hanc commento primo declaratur / Contingit autem hec magis in 2o et 3o mense quia tunc ligamenta talia dum non fortificata esse sed de ad rupturam parata ex quo patet primo afforismi hanc sententiam voluit Avicenna 21a 3i tractatu 2o de aborsu dum inquit Et plurimi aborsus facti in mense 2o et 3o fit ex ventositate et humiditatibus superfluis venarum que sunt matricis que nominantur foramina ex quibus generantur vene cum ergo humectantur mollificantur ipse et illud quod ex eis texitur quare fit aborsus fetus ex quibus intelligitur ex ventositate aut grandine / Questiones que hic tanguntur faciles sunt etc. ¶

Quecunque preter naturam crasse etc. ergo prima quibuscumque mulieribus preter naturam crassis non concipientibus pinguedo obturat os matricis probatur sic pinguedo preter naturaliter generata sive multiplicata est compressiva et obturativa oris matricis et quod impeditiva conceptionis ergo ergo vera patet quia et

aui circa literam declarabitur ¶ Et sibi quas
extenuent ¶ 2a quod non concipiunt nisi pinguis
extenuentur probatur sic non sibi quas extenuatur
removetur causa impeditiva conceptionis ergo
quod vera patet quia et aui circa literam de
clarabitur Item 21a 3a tractatu primo capitulo
de sterilitate Et quas multiplicatur adeps super
ziribum et facit compressionem super sperma
et educit ipsum expressione sua et afflictio
eius est Et est utilis et ampliatur ut patet ¶ 3o
nota per crassas preter naturaliter intelligere
debemus ultimate pingues et commentator
in comento que omnino crasse preter naturam
dicuntur quia crasse sunt ultra solitum et
commune nature cursum sicut homines vehe
menter magni ultra communem mensuram
homini diceremus preter naturaliter quamquam
menstruose magni licet aliter antiqui ex
posuerunt quos non acceptat commentator
¶ 4o nota per pinguedinem non esse intelligen
dam pinguedinem in matrice existentem cum
sit valde nervosum membrum huiusmodi pin
guedine privatum sed debemus intelligere pin
guedinem ziribi adipem talem matricem com
primentem ut sperma non recipiat vel recep
tum non retineat ¶ 5o nota per os matricis
duo intelligere possumus primo os colle ma
tricis et de isto non est sermo in proposito pro
cum os non obturatur sed bene 2m ¶ 6o nota
quod pinguedine ziribi existente multa com
primitur matrice quare non potest super sperma
debite coniugari Similiter cum remanet os
fundatum ad profundum obturatum ita ut
sperma frequenter ad fundum matricis non
perveniat ideo rursus ¶ 7o nota mulier extenu
ata per privationem ultime pinguedinis pre
existentis concipere poterit eo quod remotum
erit principale conceptionis impedimentum

S

i matrix rursus 9o afforismus est ista
Si matrix in vertebro posita fa
ceret famem necessario esset fieri
commotum id est curatione probatur
sic huiusmodi matricis dispositio est preter naturam
vehementer stimulans ergo 9o vera patet quia
et aui circa literam declarabitur Item 21a 3a
tractatu 9o capitulo de signis apostematis ca
lidi matricis ad finem et est utilis affor(ismus)
Et ampliatur ut patet ¶ primo nota ver
tebrum proprie sit os rotundum quod in pixide v
titur hic tamen debet intelligi ancha ut sit
sensus vertebro id est ancha ¶ 2o nota matri
cem poni in vertebro est matricem ad ipsam ancam
declinare cum qua colligantiam habet ut patet in ano
thomia hec autem declinatio ad vertebrum com
prehendi potest ex narratione pacientis
et obstetricis ¶ 3o nota quod apostemate existente
in latere dextro videtur ad sinistram declinare
matrix licet gravitas sit in dextro et ergo
¶ 4o nota huiusmodi declinatio contingit
ut plurimum multam laxationem augmentum et col
lectionem apostemosam gravitatem quare
trahit partem versus ancham lateris aposte
mati vix et frequenter claudicat mulier in propo
sito intelligitur plurimum apostema ¶ 5o nota per
famem laudabilem intelligere debemus in propo
sito que quasi evacuatur a matrice ex propo
matricis nocumento ut plurimum apostema ex
istentis mea sicut in casu propositi afforismi
quam vero quia ab aliis membris mandatur
et tunc non oportet fieri matricis evacuationem sed bene
si fuerit plurimum nocumentum quod comprehenditur
si matrix posita fuit in vertebro et simpliciter
affuerint alia signa apostema vel ma
tricis nocumentum significantia ex quibus
patet veritas afforismi rursus ¶

F

etus quidem maris rursus 9o affo(rismus)
est ista fetus maris magis conti
nentur sive formantur in dextris
probatur magis proportionatum est
latus dextrum mari quam sinistrum ergo rursus
patet quia et aui circa literam declarabitur Et
femine vero rursus ¶ 2a quod femine magis in sinistris
continentur patet similiter ut precedens Et hoc
colligitur 21a 3a tractatu primo capitulo de sig
nis masculi ad principium et quinto breviarii
34o capitulo Et est utilis et ampliatur ut patet
¶ primo nota ut quidam notant dixit
mares fetus in plurali quia non solum unus
rursus ¶ 2o nota ut quidam dixit notanter
dextris et sinistris in plurali quia non solum
dextrum matricis est masculinans sed etiam tes
ticulorum ¶ 3o nota notanter dictum esse magis
quia non semper est ita licet ut plurimum ¶ 4o no
ta quod causa diversitatis videtur esse a fortiori
ab auctoribus ponitur duplices quedam communes
et proprie quedam autem particulares magis et
accidentales prime sunt dispositio spermatis
et menstrui dispositio que ideo tamen proprie dicuntur
et communes quia sine istis rursus caliditas sper
matis est causa masculi ergo non femine 2m

viaz phi et tn unde ista capo de generatione
embrionis difficile esset scribere hic Ex quo
patet veritas embrionis afforismi
Ad matricum precipitationes etc
quo primo afforismus est ista ad pre
cipitationes matricis i. eductio
nes secundinarum confert opposito vel
approximatio sternutatorii os et nares co
prehendendo quia stilo optinuando probat
sic quia per approximacionem obtarunti etc agi
tant et commouentur secundina retentina ita
ut sit apta expelli ergo quo vera patet quia et
cum circa literam declarabitur Idem colligitur
ad primum 21a 3i tractatu 2o capo de extra
ctione secundine Et est utilis et ampliatur
ut patet Primo nota per matrices in proposito
intelligere debemus non matricem proprie
dictam que est instrumentum generationis
in muliere sed secundinam que est panniculus
quidam totum involvens fetum magnis ner
uosus arteriosus de quo aliquando facta est
mentio Ex quo patet per precipitationem
matricis non debemus intelligere lapsum
vel descensum matricis ad inferiora de quo
21a 3i fit speciale capitulum sed debemus per
precipitationem intelligere eductionem
et per matrices secundinas quarum eductio
quia debet esse velox propter nocumenta
que potest afferre retentio dixit preci
pitationes Ex quo patet sensus afforismi
observantium confert ad precipitationes
secundinarum et sic posita fuit conclusio
afforismi Secundo nota quod licet sternutacio
principaliter moueat ad superiora instim
tacione tamen ut infra declarabitur fit
fortis motus et agitatio ventris et eorum
que in ventre continentur quare ad expulsionem sequi
potest secundine expulsio Tercio nota ap
prehendendo os et nares aer et fumo
sitates que per superius educerentur reflectuntur
secundum partem saltem ad inferiora quare circa
matricem fit fortior motus et per eius etc
fit ...hoc anhelitus retencio quare
tendit ... deinde subito egrediente
fit magna commotio que confert quia ster
nutatorium melius penetrat ad inferiora
quare fortiorem causat sternutacionem
Ex quibus manifeste patet veritas af
forismi etc
Mulieri in utero etc patet iste afforismus

satis ex supradictis etc
Mulieris menstrua etc 9o afforismus
est ista maior sicut i. ventosa co
fert in muliere retinendo menstrua
eius fluxum patiente vel sic si ve
lis retinere menstrua mulieri apponere
debes mamillis eius sicut i. ventosam
magnam probatur sic per huiusmodi ventosam
sanguis ad inferiora fluens versus superio
ra divertitur ergo quo vera patet quia quia
retrusio materie ad contrarium impedit
evacuationem ut 3o tegni et cum circa literam
declarabitur Idem 21a 3i tractatu 3o capo
de cura fluxus menstruorum dum inquid
deinde ponantur ventose in inferiori parte
mamille ubi intrant vene ascendentes
a matrice ad mamillas et figantur et eli
gatur ventosa magna ipsa enim retinet
sanguinem in una hora et Rasis in nono
almansoris et in fine in divisionibus capitulo
decimo fluxus menstruorum et matricis
dum idem voluit et est utilis et ampliatur
ut patet Primo nota per menstrua non
solum menstrua proprie dicta esse in proposito in
telligenda sed etiam sanguinem qualitercumque
superflue ex matrice rumpentem sive ex ca
su sive percussione sive alia quacumque causa
processerit Secundo nota per sicut intelligen
dum esse ventosam que ut medico attinet
est instrumentum medici contrarium exterius ap
plicabile vel varium i. ne vacuum principali
ter tractum ex corpore secundum plurimum ad figuram
tendens rotundam et fit quandoque ex cucur
bitis quandoque ex vitro vel magnis ex corumbo
tum applicatur eius applicationis modus
est multiplex primo cum candela super corpore
plano posita appensa cui super posita ven
tosa coniungitur quare non debet variari
ventosa eorum et tunc applicatur aer attra
hendo 2o cum stuppa et hoc communiter 3o an
helitum attrahendo ventosa perforata
existente deinde foramen ceram supponendo
4o aerem intus existentem calefaciendo
deinde supposita ventosa aquam frigidam
applicando ut patet in similibus multis Tercio
nota quod ventosa multis ex causis corpori
applicari potest primo cum scarificatione et huius
applicatio fieri potest propter multas intentiones
primo ut apostema vel materia apostematis
in fundo existens trahatur ad exteriora

aut a nobili ad ignobilius membrum ut g°
primi 21° capo de ventosis / 2° applicant
ut alicuius meatus permaneat apertio sicut
in sqiunanc collo applicant. g° 34 / 39 ut
membrum cui supponitur calefiat propter at
tractionem sanguinis et spiritus et ventosi
tates resolvantur in eo ventose sive sca
rificatione membri calorem augmentat
et ventositatem resolvit cum scarificatione
ex g° primi allegato capo et 2° primi doc
trina 2ª capo de causis calefacientibus
et 2° de accidenti quando vero ut dolor se
detur ut in colica 16ª 3ª quando vero ut
membrum permaneat in suo maiore et
situ sicut fit in anche iunctura sicut quod
ponunt quando vero ut reducatur ut in ymbi
licus ruptura contingit quando vero ut venti
num ad exteriora fugant ut in sanguisu
ge ut g° primi capo de sanguisugis ultimo
ut materia divertatur et ad locum trahat
oppositum eius ad quem fluit et taliter po
tissime intelligitur in proposito ¶ 2° nota ut
supra habitum est magnam esse colligan
tiam mamillarum ad matricem mediantibus
venis ut sanguine tracto ad matricem
evacuetur mamille et econtra ut supra
declaratum est cum ergo huiusmodi ventosa
posita ad mamillas super venas iam dic
tas mediastinas attrahat sanguinem
ad mamillas patet quod divertit a matrice
huiusmodi fluxum prohibendo quare etc.
¶ 3° nota huiusmodi ventosam esse sup
mamillas apponendam ne forte eius mol
licie nimium difficilius fieret separatio
quando fiendum primo appono perforatam
et perforamen aperi ¶ Et si iam posita est
non perforata frange sed melius est aliquibus ti
morem lesionis aut pannos vehementer
calidos aut spongiam aqua valde calidorum
infusam frequenter suppone ut rarefiat
aer in ventosa contentus quare facilius a
peret ¶ Ex quo concludere quod positio pannorum
calidorum supra ventosam non fortificat
sed debilitat attractionem a ventosa vi
varum procedentem ponitur tamen forte
ut cutis rara permaneat et transpirat
id quod attrahitur ¶ 6° nota dixit maio
rem vult eum quod sit ex magnis quarum con
cavitas est talis quod usque mamillarum radices
magnam partem attingat ob hoc eum fortior

et velocior fiet diversio quam si essent
due parve etc. ¶

O ventris in utero sunt etc. hoc aphoris
mum breviter mulieribus pregnanti
bus os matricis concludit pro
batur sic ad debite disponendum
sperma et materiam generationis in matrice
contentam os matricem corrugari et constringi
super ea sed hoc intera natura cum non deficit
in necessariis sicut nec in superfluentibus super
habundat 3° de anima et 2° phisicorum
et ait circa literam declarabitur secundum 21ª
3ª primi capo ad finem ¶ Et fit sed matrix
in dispositione conceptionis in summo con
strictionis quam fortasse non ingreditur ex
tremitas acus et dilatatur precepto dei
excelsi et egreditur fetus et primo trac
tatu primo capo de signis impregnationis
ad principium et succedit ei vehemens oris
matricis constrictio ita ut non ingrediatur
spiculus et hoc bremaris 34° capitulo
¶ Et os mulieris compactum sine comparatione
etc. i. conclusum et 3° partitum natalium
capo 20 ubi presentem allegat aphorismum
ut infra versus finem capituli ¶ Est autem
inter mirabilia quedam nature sophia s.
vivente quidem fetu existente undique
clausum esse os matricis mortuo vero eo
confestim aperiri tum quantum medium
eius confert et est utilis maxime practico
et ampliat ad omnes pregnantes ¶ primo
nota quod non solum in pregnantibus sed etiam
in illis que disponuntur ad pregnationem
et ideo dixit Avicenna ¶ Et fit in dispositione
pregnationis matrice eum attrahente
sperma fieret illud dato quod primo fuit nec
fieret conceptio ¶ 2° nota pos matricis
debere intelligi intrinsecum et non extrin
secum de quo supra aphorismo 26° quia tale
sperma ut porta inferni procedens atque
dies etc. ¶ Causa autem verificans aphorismum
nota est / Contra quia potest coire et super
impregnare ut supra Item quia emittit
menstrua ab aere frigore ledit hic dicat
quod permanet constrictum nisi adveniat nova
causa perceptionis apertionis et demon no
lens ingredi infernum sicut in fabula
alimbech menstrua vero non egrediuntur
ex grano matricis sed ex collo aer autem
in frigido os ex fusecum et ventre pot

matricis gravitate ledere etc.

Mulieri in utero etc. quarta particula ista
Multum lac fluens ex mamillis
pregnantis significat debilitatem
fetus attractive significat enim
sanguinem, ex quo nutritur esse malum quod quo
vera patet quia et amplius declarabitur secundum 21^a
3^{ii} tractatu penultimo capitulo de signis debi
litatis. ¶ Si vero libera ¶ 2^a quod duricies
mamillarum pregnantis significat fetum
esse sanum probatur hec significat bonitatem
nutrimenti ex quo nutritur fetus cum nutri
menti copia quod quo vera patet quia et amplius
circa literam declarabitur secundum 21^a 3^{ii} tr
actatu penultimo capitulo de signis debilitatis
nati et infra 2° tractatu capitulo de signis
abortus satis ad principium et est utilis
et amplius ut patet ¶ primo nota notantes
dictum esse multum quia non ex quolibet pau
co licet arguere debilitatem etc. ¶ 2° nota
huius effusio lactis potest dupliciter fieri
primo compressa mamilla 2° ex se ipsa non
compressa ¶ ad propositum licet utraque istarum
significat debilitatem maiorem tamen signi
ficat lactis ex se. Sed diceres quare mamil
la lactis plena effluit lac per se vel per eius
compressionem non autem sanguis hic dicitur
quod sanguis continetur in venis mamille
non terminatis ad papillas vel foramina papil
larum sed lac continetur in spongiositate car
nositatis mamille et ille spongiositates
vel concavitates terminantur ad foramine papil
larum ¶ 3° nota quod ex tali fluxu lactis sig
nificantur duo primo debilitas attractive
fetus in sanguinem attrahendo pro sua nutri
tione 2° significatur fluxibilitas lactis
quia scilicet aquosum fluidum quare et aquosius
est sanguis ex quo nutritur fetus [illegible] etc.
quod tamen intelligendum est ubi non foret
robusta mulier plectorica plurimo sanguine
habundans hoc enim stante non necessario signi
ficaretur debilitas fetus ¶ 4° nota per
duriciem in proposito intelligendum esse duri
ciem sanam non apostemosam vel preter naturalem
hoc enim stante significatur bonitas et co
pia nutrimenti fetus sicut laxitas signi
ficat debilitatem . . . . . .

Quecunque corrumpuntur etc. quarta particula
est ista omnibus corrumpentibus scilicet
abortientibus fetum eveniunt ubera

fiunt gracilia probatur sicut in omnibus talibus spiritus
et sanguis plurimus pellitur ad matricem quod
quo vera patet quia et amplius circa literam deducetur
¶ primo nota per corruptivas debemus intelli
gere actualiter abortientes vel existentes in
abortiendo quasi quia scilicet non diu stabunt an
tequam abortum producent secundo nota non esse in
tellectum ypocratis quod omnibus istis fiant actu
ubera gracilia sed vult quod fiant ante abortum
vel in aborsu vel saltem non diu post abortum
quem subsequuntur gracilitas mamillarum ¶ 3° no
ta per gracilitatem debemus intelligere preter na
turalem respectu sane soliditatis vel gracilitatis
aut etiam respectu gracilitatis preexistentis
scilicet antequam fieret aborsus sed cum sup
venientem aborsum gracilitantur magis quod prius
¶ 4° nota non esse intentionem ypocratis
quod ante quemlibet aborsum tamquam signum prece
dat mamillarum gracilitas notum enim est
ex casu percussione tonitruo veneno etc. pos
se subito vel quasi subito causari abortum
quamvis aborsum hunc non precedat gracilitas
ista sed intentio ypocratis est quod non fit abor
sus quin ipsum precedat vel subsequatur mamil
larum gracilitas et hoc stante vita matris
cum enim in aborsu vehemens fiat motus et
dolor circa partes matricis ad matricem cur
rit maxima spiritus quantitas et sang
uinis sicut in aliis doloribus contingit cum
natura currat cum sanguine et spiritu ad tam
doloris amovendam maxime quod currit a
partibus cum matrice colligantiam habentibus
quale membrum est mamilla et ex hoc patet
causa veritatis afforismi etc. ¶ Si vero cur
sus ¶ 2^a quod si mamille cursus fiant dure
et fiat dolor in uteribus aut vertebris at
genibus aut oculis non corrumpunt probatur
sicut per hoc significatur nocentes materias
a matrice diverti et ad longinqua membra
expelli quod quo vera patet quia et amplius circa literam
declarabitur ¶ primo nota per duriciem in pro
posito intelligendam esse preter naturalem quiter
superhabundantiam materie ad mamillas fluentis
aliis enim non sequeretur ad eam dolor ¶ 2°
nota quod materia multa mala circa partes
matricis existente aut etiam superflua fetus
regimina totius maximam habens defecta
custodiendo sollicitudine hanc materiam
ad alia membra expellit ut fetus non ledatur
maxime autem ad illa que apta sunt superfluitatis

matricis replete

matricis repit ut ad mamillas et vertebras
manchas propter causas dictas unde dolent
mamille simplici existente repletione in
eis et oculi propter magnam colligantiam quam
habent cum mamillis mediantibus nervis
per quos oculis communicatur nocumentum vel
propter repletionem aliqualem contrahuntur
nervi illi ad quam sequitur dolor et ingenium
bus propter causam illam propter quam in vertebris
Secundo patet causa verificans conclusionem
¶ 3º nota non esse intelligendum ex mente
actoris ypocratis quod apparentibus hiis signis
non fiat abortus potest enim esse quod materia
mala est ita exuberans quod sunt istis membris
bris et matrici inferat nocumentum ab
ortus provocativum similiter quia ex alia causa
potest mulier abortire ut patet intellec
tus ergo ypocratis est quod si appareant hec
signa non abortit id est non significatur mulie
rem esse abortivam per illa et sub hoc sensu
patet ergo afforismus idem quantum ad primam
partem 21a 3ii tractatum 2º capitulo de signis
abortus et est utilis iste afforismus in ar
te pronostica et ampliatur ut patet

Quibuscumque etc. iste afforis
mus patet ex dictis secundo aliquando
recentiam interiori huius etc. quartus
afforismus est ista quecumque pregnantes
nantes arripiuntur a febribus et fortiter cale
fiunt sine manifesta occasione periculose
et difficulter generant vel periclitantes
abortiunt probatur sic quandocumque talium vir
tutes et fetum virtutes sunt valde de
biles et prostrate ergo ergo vera prima quia et
2a circa literam declarabitur idem 21a 3ii
tractatum 2º capitulo de causis abortus et est
utilis in arte pronostica et ampliatur
ut patet ¶ primo nota per arripi a febre in
telligendum per febrem vehementer arripiunt
sicut supra ergo huius commento 30º Si
a febre habito etc. Et per hoc fortiter cale
fiunt etc. datur intelligi esse vehementis
calefactionis et intentionis rationem ejus
virtutem vehementer arripiunt ¶ 2º nota
per causam manifestam potissime intelligen
esse causam primitivam hac enim occurrente
ut exercitio aut calore solis aut cibo cale
factivo vel simili non est dicendus afforismus
esse verum quia causa primitiva sublata
contingens foret illam febrem facile removeri

¶ 3º nota quod difficultas partus ex multis
causis provenit quarum quedam sunt pri
mitive et extrinsece ut forte frigus calor
et sic de aliis corporales vero aut tenent
se ex parte matris aut fetus aut secun
dine Ex parte quidem matris sunt parvitas
matricis aut pinguedo superflua comprimens
musculos aut disuetudo pariendi aut apos
tema matricis vel circumstantiis membri aut
plenitudo intestinorum aut multa debilitas
matricis sicut antiquis valde aut puellis
contingit aut quia longas aut fortes per
pessa est egritudines Ex parte vero fetus
nimis magnus aut habens caput nimis
grossum aut quia menstruosas ut quia
bina habens capita aut quia non egrediens
secundum figuram naturalem aut quia mortuus
Ex parte vero secundine vel quia grossa vel in
frangibilis vel quia nimis cito frangitur
quare fit quod fetus exterius labatur
materie humide insecundina contente evacuantur
et postea deficit unde ex causis pluribus fa
cilitantibus hec omnia colliguntur 21a 3i trac
tatum 2º capitulo de difficultate partus et 4º
breviarii capitulo 36º capitulo de mulieribus
quibus difficilis est partus Adhoc concur
runt due potissime cause difficultas scilicet
debilitas nature et virtutis matris ut statim
declarabitur Et eodem modo distinguendum
est de periculositate partus ¶ 4º nota
ut sumitur augmento tali febris contingen
te et non a causa manifesta significatur
intrinsecus latitasse tempore in pregnatio
nis materias pravas et retentas esse que
putrescentes causant huiusmodi febres ve
hementes quare multum debilitatur et in
fans et mater et ex consequenti difficilis et peri
culosus fit partus ¶ Ultimo periclitan
tes vel quantum ad matrem vel fetum vel utrumque

In fluxu muliebri etc. iste affo
rismus patet ex 3º huius

Menstruis pluribus euntibus
etc. prima afforismus est ista menstruis
plurimis venientibus fiunt egri
tudines probatur plurimis men
struis venientibus evacuantur materie ali
mentie ergo ergo vera et non venientibus
menstruis matris fiunt egritudines pro
batur sic quia tunc retinentur materie
prave multe evacuatione indigentes ergo

9o idem 21a 3ii tractatu 3o capo primo Et
est utilis et ampliat ut patet ¶ primo nota
per menstruum intelligendum esse quod supra dicebatur
¶ 2o nota menstrua esse in tali plurima respectu
quantitatis que mulieri proportionatur que
menstruatur aliter non esset verus afforismus
¶ 3o nota huiusmodi menstruis plurimis cau-
sari egritudines supra dicte et cetera quamvis
dicte extendendo egritudines ad omnem
rem preter naturam ad se curam trahentem
¶ 4o nota ex evacuatione menstruorum ni-
mia posse causari complexionales morbos
ut mala complexio frigida totius aut ex eis
similibus compositionales ut 21a 3ii capo allegato
qua ydropisis et sic mala complexio ma-
lis et cetera materialis egritudo de ianitione
per se ex repletione vero per accidens ut y-
dropisis quedam species Eodem modo superflue men-
struorum retentio per se potest esse causa su-
perflue plenitudinis et cetera morbi ex ianit-
tione ad ipsam eam sequi potest ethica et
ptisis Ex quibus patet veritas afforismi

attrahitur aut totaliter exsiccatur ¶ 5o quia
debita colligatio secundine ad orificia ve
narum matricis prohibetur propter venarum istarum
angustiam et parvitatem ex quibus patet ca
verificans primum afforismum ¶ Et quecumque
humidas ¶ 2o quod est ista quecumque habent ma
trices humidas non concipiunt probatur sic
quia in talibus semen id est spiritus seminis
infectus extinguitur quod quidem vera patet quia
et ante circa literam declarabitur et in co
mento sicut de semine in terra multum humi
da ¶ primo nota matrices posse esse humi
das aut substantialiter aut qualitative aut
madefactive ex quo primum et 2m patet ex quo
3m sicut si in matrice contineantur materie mul
tum humide madefacientes et lubrificantes
matricem ¶ Ad propositum 2o 3o non intelligitur
raro tamen reperitur multa humiditas qua
litativa in matrice sine madefactiva vel
unquam ¶ 2o nota excessus potest hic esse
parvus et magnus supposito primo est de

multum magno parvus enim licet difficul
tate generet impregnationis 2m omnem
qualitatem non tamen sterilitatem ut in glosa
videbitur et 2a 3m allegato capitulo potest econtra
esse naturalis et preter naturam et de quolibet
horum est sermo ¶ 3o nota propter multa ha
bentes matricem excessive humidam non con
cipiunt primo quia humiditas nimia debili
tat contentivam et matricem lubricat quare
non potest sperma debite retinere ¶ 2o
quia ex humiditate nimia fit nimia suf
focatio caloris naturalis spermatis sicut suffocatur
et extinguitur flamma ex humiditate ¶ 3o
quia menstruum quod attrahitur est nimis
humidum valde ineptum est debite constantie
requisite ad membrorum generationem
¶ 4o quia generantur cotilidones debiles
et non potest fieri debita in vistatio venarum
secundine ad orificia venarum matricis
taliter humide ex quibus omnibus impeditur
conceptio ut patere potest intelligenti ¶ Et
quecumque ¶ 9o 3a afforismum quecumque ha
bentes matrices siccas magis et arden
tes non concipiunt probatur sic quoniam
talibus est indigentia nutrimenti ergo
quod vera patet quia et ante probatur quia
ex nutrimenti indigentia corrumpitur
semen ¶ primo nota notanter dictum esse
siccas magis aut ad denotandum quod maior
requirit lapsus in sicco quam humido ut
impediatur conceptio et hoc non credo at
dixit magis ad denotandum huius excessum
non esse parvum sed magnum et hoc
puto verius vel forte hoc magis est in aliis
conclusionibus replicandum ut quecumque
frigidas et densas scilicet magis habent matri
ces et similiter humidas scilicet magis quam debe
ant ¶ 2o nota quod sicca existente matrice
paucificatur menstruum et humores quare
spermati deficit nutrimentum dictum in specie
nutrimentum quo foveatur et augeatur
et ex quo membra materialiter generentur
Alie possunt econtra esse cause ut siccitas
venarum matricis similiter et habentes
ardentes consumunt substantiam spermatis et
spiritum gignitivum evanescere faciunt
adhuc intus econtra sanguineum menstruum
quare fit insufficiens indigentia et per quamlibet
econtra ¶ Et quecumque non ¶ 9o 4a quecumque
matrices habent temperatas ex utrisque con

trarietatibus omnes tales sunt generative
alique sunt generative et non alique dis
temperate iam dicte quo temperate que in debito
nota et auctoritas patet intuenti ¶ Primo nota
quod per temperiem in utrisque non debemus intelli
gere in duabus qualitatibus contrariis dato
enim quod esset temperamentum media inter nimiam
caliditatem et frigiditatem non tamen est inde
generativa sed posset esse distemperamentum in
contrarietate altera scilicet in humido et sicco quo
pluribus in utrisque debemus intelligere utrasque
contrarietates scilicet inter activas et passivas
tali enim tempore stante non adest ex parte
mulieris conceptionis impedimentum ¶ 2o
nota per temperiem non esse intelligendam
temperiem iustitialem optimam nam tam fle
gmaticam quam sanguineam quam colericam
habentes matrices concipiunt sed per temperiem
intelligere debemus conceptionem non re
pugnantem quandam magnam habentem
longitudinem flegmaticas matrices et similiter
sanguineas et sic de aliis dividi in duas
partes quarum una est exterminaliter rece
dens a temperamento et cum illa non stat
potentia conceptiva Altera est non multum
recedens et hanc ipse nominat temperiem
quia licet non est nimia distemperies Et istius
summa hunc totaliter colligi potest 3o canonis fen
21a tractatu primo capitulo de signis steri
litatis et 7o breviarii et serapio capitulo
33o ubi presentis afforismi materiam distin
xit Et est utilis tam in arte pronostico quam
operativo Et amplius ut patet ¶

Similiter autem et in maribus res
ponsa quo quae non est operatur
est ista sicut in mulieribus propter
matricis distemperantiam fit ste
rilitas ita in maribus probatur sicut nimia
frigiditas et humiditas impedit conceptivam
virtutem ita viri impedit virtutem gene
rativam quo quo vera patet quia et auctoritas in pre
cedenti afforismo et commento declarati
sunt vel possumus dicere quod declarat assumptum
in afforismo distinguendo per causas sterilitatis
¶ Aut enim ¶ Circa quo nimia raritas corporis
est causa impeditiva generationis in ma
ribus sive sterilitas in maribus probatur
sic propter raritatem nimiam spiritus quo evolat
et non retinetur in spermate quare efficitur
sperma non prolificum quo quo vera patet

quia et auctoritas circa literam declarabitur ¶ Primo
nota per raritatem corporis intelligere possumus
primo corporis humani a quo decidit sperma
et sub hoc sensu a commentatore istius afforismi
quo probata est falsa ut videtur iuuamento
¶ 2o per raritatem corporis intelligi potest
raritas corpulentie ipsius seminis quia scilicet
sperma est fluidum et aquosum et ista rari
tas consequitur humiditatem nimiam et sub hoc
sensu possumus quo sustinere enim enim spiritus genera
tivus facilius resolubilis spermate nimis
fluido et tenui vel raro faciliter evolabit
debite autem digesto et globosato retinebitur
et ad locum conceptionis cum corpulento
seminis impellitur ideo res ¶ 3o nota ista
particula quod fertur ut non mictat semen
a commentatore exponitur quod compositoris af
forismi intentio fuerit quod spiritu trahente
movente trahatur corpulentum sanguinis
ad locum generationis ideo evolante spiritu non
mictit semen scilicet in matricem quod quidem non est
verum quia spiritus includitur in spermate ut
in eo conservetur et a resolutione prohibeatur
et cum hoc ut spermatis corpulentum sit sibi
velud vehiculum ad locum conceptionis de
ferens 2o potest exponi ut non mictat sper
ma scilicet spumosum in matricem quare non est
prolificum sed ista expositio deviente com
tatoris non est ¶ Aut propter densitatem ¶ Circa
quo densitas nimia est causa sterilitatis in ma
ribus probatur sic propter densitatem nimiam dif
funditur spermatis humidum ex loco genera
tionis quo quo vera patet quia et auctoritas circa literam
declarabitur ¶ Primo nota per densitatem intelligi
posse densitatem corporis quia scilicet spissitudinem
porosi corporis a quo sperma deciditur et sub
hoc sensu reprobatur quo a commentatore in
commento licet enim corpus esset valde den
sum staret tamen vasa spermatica esse con
venienter lata ad materiam generationis ef
fundendam ¶ 2o nota potest intelligi densi
tas vasorum spermatis et sub hoc sensu potest
concedi quo vasis enim spermatis nimis densis
id est constrictis et angustis quod maxime propter
superfluitatem siccitatis contingit licet etiam propter
frigiditatem humidum spermaticum quidem in illis
deberet recipi et ab eis effundi non recipi
tur effunditur sed potius per totum corpus extra
vasa illa spergitur et hoc intellexit per illud
quod dixit ex loco generationis diffunditur

Secundo propter defectum caliditatis spermatis qua non esset extensibile et vesicabile sicut requiritur in generacione secundum hec exposicio mulieris
concordat probacioni quam tangit Iohannes in afforismo 10 etc. Aut propter frigiditatem.
Quia ergo propter frigiditatem nimiam fiunt matres steriles probatur sic propter frigiditatem
nimiam non calefit sperma ita ut aggregetur ad locum huius generacionis ergo antecedens vera patet
quia et consequens satis deducetur. Primo nota propter frigiditatem non calefit sperma supple
debita calefaccione qua digeratur debita digestione qua ex eius corpulencia formatur
ea membra generentur iuxta sentenciam Galieni. Secundo nota aggregetur id est attrahatur enim
eius attraccio spermatis ad locum concepcionis calor perficiat ubi sperma est frigidum
non recipit impressionem calidi attrahentis ut aggregetur id est digeratur et constans fiat
digestione et constancia requisita ad membrorum formacionem ut declaratur est
supra capitulo de generacione embrionis etc. Aut propter caliditatem. Quia ergo nimia caliditas est causa sterilitatis in maribus probatur sic propter nimiam caliditatem fiet hoc
ipsum quod supra pertractatum est ergo antecedens vera patet quia et consequens circa literam declarabitur
vel declaratum est in inquimento ubi vide quod calidum congreget aut disgreget 10 etc.

Lac dare caput dolentibus malum. Ergo afforismus est ista exhibere lac
dolentibus caput est malum lac exhibitum dolentibus caput
auget capitis dolorem id est ergo vera patet
quia et consequens circa literam patebit idem colligitur
2o almansoris capitulo de lacte et a galieno capitulo de lacte et amesue de aggravantibus capitulo
de pectoris et 2o canonis capitulo de lacte. Primo nota per lac intelligere debemus superfluum
animalis scilicet femelle album in mamillis ex sanguine generatum unde et sanguis dealbatus dicitur
tus mesue ubi supra et ut infantis nondum natus in utero sic nativitatis et
usque firmetur et crescat eius virtus et fiat fortis ad digerendum cibum forte et
solidum 3a 3a tu declara hanc descripcionem. Et dicitur lac alentos grece quod latine
est album unde ysidorus 20 ethimologiarum capitulo primo dividitur autem lac in tres substancias
sensibiles et complexione sua ad invicem

differentes in partem scilicet aquosam serosam quam
quidam calide et quidam frigide complexionis
esse asserunt et butirosam temperamento attinentem licet ad calidum declinet et humidum
et caseales frigidam et quamvis totum aggregatum frigidum ponatur et humidum 2o canonis
allegato capitulo et etiam amesue 2o capitulo
ubi supra propter quod ponitur complexione
medium inter sanguinem et flegma ut de
simplici. Secundo nota lac multiplicem varietatem recipere scilicet animalium quia alterius nature
est asininum camelinum hominum ovium etc. Ex parte
etiam temporis quia aliud recens vel siccum
etc. similiter etiam ex parte preparacionis passionum et sic de aliis. Ad propositum sermo est
de lacte animalium quo generaliter utimur ut hominis
asine capre ovium etc. non aliqua extraordinaria
preparacione preparatum. Secundo nota per dare
intelligere possumus omnem modum administracionis vel in cibo vel in potu vel embrocacione et sic de aliis supposito de omnibus
est sermo vel puto intellectum ypocratis fuisse in solo potu. Secundo nota lac non competere dolentibus caput maxime dolore
materiali et pridem etiam alias materiales
cerebri passiones pacientibus ut epilenciam
vertiginem scotomiam litargiam etc. oportet
enim ex eadem causa eo enim quod lac est facile
in fumum transmutabile ad vaporem grossum
calore stomachi debili existente et fumosum
igneum calore stomachi forte existente nocet
dolentibus caput sursum ad cerebrum evaporando 10 non competit regulariter quo
tamen stat irregulariter et sumpta indicacione ab aliis quemadmodum potest ut ex multis dictis auctorum perpendi potest. Malum etc. Quia
ergo malum est lac dare febricitantibus probatur sic quia in febricitantibus facile totum
corrumpitur et in fumum igneum totum quertitur ergo antecedens vera patet quia quia exhibitum
febris augetur et eius materia et assumptum
circa literam declarabitur. Primo nota
per febrientes potissime debemus intelligere
febre materiali et intense febrientes
talibus enim potissime nocet materiam
fovendo et febrem intendendo quamvis
in aliis non multum intense fit notabile
nocumentum cuius causa tacta est scilicet
passibilitas et corruptibilitas eius eo enim
quod 2am partem facile evaporat et inflamatur

auget febrem eo vero quod facile corrumpit
et putrescit materiam febris augmentat
¶ 2º nota hoc totum intelligendum esse re
gulariter et indicatione sumpta a febre
sumpta enim indicatione ab alia dispositione
febri coniuncta competere potest ut in ptisi
ethica et huiusmodi etc. ¶ Et similiter ypo
¶ 4a 9a malum est dare lac habentibus
ypocondria inflata et subrugientia pro
batur quia per hoc augetur inflatio etc.
¶ Primo nota per ypocondria suspensa
intelligenda esse ypocondria inflata
que videntur tamquam tensa sursum propter
inflationem, per rugientia vero intelligit
habentia quendam sonitum obtusum cuius
causa est ventositas cum humiditate quemad
modum ut supra de accidenti et 2º pronosticorum
commento 29º et 9a huius commento 20
illius Quibus ypocondria subrugientia
etc. ibi vide que notasti ¶ 2º nota huius
modi subrugitum cum plurimum ad minimo
procedere calido exhibito lacte quod cum
sit natura frigidum et humidum inchoatum
frigidum et humidum et ventositatem gene
ratur quare etc. Suspensio non potest esse
apostema aut ventositas etc. ¶ Et siti
culosis etc. ¶ 4a 9a malum est dare lac
siticulosis probatur quia auget sitim
eo quod in fumosum vaporem convertitur ergo
9a vera patet quia et commentator declarat ¶ No
ta per siticulosos sitientes multum et fre
quenter propter dominium colere in eis exsic
cantis et sitim inducentis quibus lac in fumo
sitatem convertitur et corrumpitur quod etc.
¶ Et aliis vero ¶ 9a ya Lac est malum
habentibus fluxus fellcos sive coleri
cos probatur quia auget illos ¶ Nota
per secessus colericos fluxus quibus humor
colericus evacuatur huius causa convenientes
est primo quia fluxum auget/ 2º quia in
colericum transmutatur humorem ¶ 2º no
quod hoc debet intelligi in propria dispositione
exhibito aliquo enim modo preparato con
venire potest sicut preparatur cum calculis
fluvialibus incensis aut cum calibe ig
nito in lacte pluries extincta ut infra
3º almansoris capitulo de lacte quia per talem
ignitionem resolvuntur partes serose
et butirose inflamabiles et totum rema
nens remanet stipticum ¶ Et tertio nota

modum preparandi positum a mesue in suo
de appropriatis capitulo de ptisi quia vult quod in lac
te proiciatur circiter quintam partem de aqua
pluviali deinde extinguatur ferrum aut
lapides donec partes aque consumantur
dicitur etc. qualiter fiat lac acetosum ¶ Et
in acutis febribus ¶ Et quibus sanguis etc. sep
tima 9a habundantibus fluxu sanguinis
per inferius lac est malum probatur ut alia
etc. ¶ Nota ex fluxu sanguinis corpus
vehementer infrigidatur corpori autem cali
do competit lac 2º nota hoc est verum
esse de lacte in propria substantia exhibitum preparatum
tamen convenire potest ¶ Conveniunt vero
ptisicis/ alia 9a vel octava/ Lac convenit
ptisicis non multum febrientibus in lacte enim
aggregantur omnes intentiones que humide
sunt in ptisi quod etc. patet quia et commentator
literam declarabit ¶ Primo nota per ptisicos
ipse sumptos licet etc. ad alios possit am
pliari ¶ 2º nota in cura ptisis multe ap
plicantur intentiones ut mesue de appropriatis
et Avicenna 3º 10º capitulo de ptisi scilicet abster
gendi mitigandi et humectandi tam substan
tifice quam qualitative et consolidandi que
omnia in lacte reperiuntur primo abstersiva
virtus et lavativa qualitum ad serositatem pertinet
2º humectativa quantum ad eam qualitative
et substantifice quantum ad butirositatem
3º consolidativa et stiptica quantum ad ca
seum unde mesue preallegato capitulo
lac aggregat intentiones tres est enim
res cibalis et delecta minus et [illegible]
que sunt velocis conversionis in sanguinem
est enim sanguis bis coctus et melius ab
stergens ulcus serositatis virtute et ipsius
caseitatis virtute conglutinans ¶ Et tertio no
ta ut ex dictis sunt colligitur octo bo
nas proprietates lactis in ptisico/ primo facilis
est assumptionis 2º facilis digestionis 3º
cite penetrationis/ 4º bone nutritionis
5º humectativum/ 6º consolidativum/ 7mo la
vativum/ 8vo abstersivum et complexionis
temperativum quod comprehenditur sub genere bo
nitatis Ex quibus patet causa verificans
conclusionem ¶ Et febribus longis/ 9a 10 lac
competit febribus longis patet quia remo
vet dispositionem pertinentem naturam maxime ad
se curans vertente ¶ Nota iste sunt febres
longe cum multa corporis extenuatione

in precedenti afforismo / 2o intelligere possumus
simplicem punctionem apparuisse antequam
talis sanies precessit apparentia et de qua notum potest
verificari quod licet principalius 3o sanies videtur
intelligenda quod ¶ 2o nota quod malo et forti
existente vulnere ut in loco iam dicto ve-
hementi et fortissimo causatur dolor et humorum
agitatio commotio et inflatio propter quod sanies tunc
sit vulneris significat humores hos sic ve-
hementer agitatos et quasi furiosos factos
ad locum vulneratum non fluere sed ad aliquod
nobiliorum membrorum reperire quod propter totum corpus
ad nervosa membra spergi hoc autem est valde
malum et periculosum 1o quod vera ¶ Ex quo patet
primo causa verificans conclusionem afforismi
patet 2o ad veritatem non magnam precessisse
corporis evacuationem patet 3o merito dixisse
malis et fortibus si enim fuerit vulnus
debile et non malum non subsequente furore
non esset magnum malum patet ulterius ...
melius esse partem vulneratam apostemari
quam non apostemari ¶ Ex quo patet quod non semper
in principio apostematum repercussiva et apostema-
ta prohibentia esse applicanda fallit enim hoc
in multis casibus ut in casu afforismi et cum
totius principalis membri ubi materia fluens
sit venenosa ubi sit maxima in toto re-
pletio et materia fluens ad membrum sit
caloris suffocativa ulcerant autem sic materia
valde grossa frigida et sic de aliis ¶ Laxa
bona ¶ 2a quod est ista vulnera laxa sunt
bona probatur sic per laxitatem vulneris
iam dicti redditur corporis securum a spasmo
et aliis accidentibus pravis minatis circa
quod vera patet quia et antea circa literam declarabitur
¶ Primo nota per vulnera laxa intelligen-
da esse illa in quibus sanies effluit copiose
que metaphorice laxa dicuntur sicut enim
ventrem ex quo materie fecales plurime
effluunt laxum dicimus ita et vulnera sunt
laxa metaphorice denominanda ¶ 2o nota
ista sunt bona quia effluente laudabili
sanie significatur materiam ad locum vul-
neratum fluere et ibi vinci a calore naturali
et digeri / 2o etc. per sanies ista sunt lauda-
biles bonum est respectu eius quod esset si non
effluerent quia melius est materiam effluere
quam retineri ¶ Credo tamen per laxa in proposito
intelligenda esse potissime illa ex quibus
effluit sanies multa et laudabilis etc.

¶ Cruda mala ¶ 3a quod vulnera cruda
mala sunt probatur sic quia laxa sunt bo-
na etc. ¶ Primo nota per cruda intelligenda esse
illa ex quibus nihil effluit que cruda etc.
methaforice nominantur sicut enim ex re cruda
nihil digesti egreditur vel superfluitatis ut ex
pomo immaturo ex immaturo autem sic sic est
in proposito / vel forte dicuntur cruda pro quanto
significant materias fluentes ad nervos
cruditas esse quia calor sic non superat ut
ipsas possit digerere ¶ Contra autem dicuntur laxa
quia medicamina iam dicta bona sunt in
vulneribus iam dictis malis et fortibus et
¶ Contra per cruda infrigidativa et stiptica
et repercussiva que in principio fiant vulneribus sunt
mala ut declaratum est quod et si sit verum non
tamen vadit ad intellectum ypocratis et gali-
ni ingenio non dicendum cruda ad intellectum
datum esse mala pro quanto significant cru-
ditatem materiarum fluentium ad vulnera
et ad potentiam virtutis ad ipsam digerendam ¶
Contra vero laxa bona sunt ¶ Idem colli-
get 3o tractatu 3o capitulo primo ¶ Est utilis in
actu practico et ampliatur ut patet ¶

P osteriora capitis / 4o afforismus est
ista recta vena fiant incisa iu-
vat posteriora capitis dolentia
probatur sic phlebotomia apertione
vel incisionem evacuatur causa doloris quod quo
vera patet quia et antea declarabitur circa literam
similis sententia colligitur 2o practice primo capitulo
et primo terminarii capitulo 6o et prima 3i capitulo
de cura sode calide ubi ad literam inquit
¶ Minutio vene que est in fronte sed confert
in soda ipsa namque est vena cuius flebo-
tomia plurimis egritudinibus capitis extirpat et etiam
ut in hoc dolore attendatur pars una per fi-
eri lateris posterioris vena que est lateris
anterioris minuet et colliget primo capitulo 2o ubi
inquit quod vena que est inter duo supercilia
flobotomata confert gravitati capitis et
ipse ille que est in posteriori parte capitis et
gravitati oculorum et est utilis afforismus
in actu operativo ut patet ¶ Et ampliatur
non solum quia est parte posteriori sed etc. sin-
ciput capitis preservante antiquum et do-
lorem oculorum ut colliget primo allegato capitulo
¶ Primo nota per posteriora capitis intelli-
gendum esse partem illam capitis que occi-
put dicitur distinctam a sinciput ¶ 2o.

nota per dolorem intelligendum esse malam in materialem cum non conveniat ut sic per flobotomiam curari licet per accidens possit competere et hoc ubi in mala complexione calida sine materia adsit repletio et dispositio humorum ad raptum et inflamationem tunc enim in casu isto ad preservandum competeret flobotomia ut colligitur primo 3m allegato capitulo Quarto nota quod stante hac dolore potest flobotomia competere aut gratia diversionis aut evacuationis materie a loco ad preveniendum ne materia ad locum trahatur dolentem et propter quod hoc competeret Quinto nota per venam rectam frontis intelligere debemus venam quandam magnam inter duo supercilia existentem a qua plurimi ramificantur rami quorum aliqui tendunt ad partem capitis posteriorem quidam vero ad oculos quidam ad tempora et sic de aliis et propter hoc huius incisio vene flobotomia confert dolori in parte posteriori capitis contra aut temporis aut emigranee maxime potissime sanguinee et oculorum dolori ut obtalmie et sic de multis aliis propter quod Avicenna primo 3m allegato capitulo ipsa namque est vena cuius flebotomia plurimum egritudinum capitis extirpat ex quibus patet causa verificans afforismum Sexto nota ad veritatem afforismi requiri tres conditiones prima quod materia a qua pendet dolor sit sanguinea aut sanguini multum admixta 2a quod corpus non sit nimis plectoricum si enim sic foret possemus hanc venam flobotomando nimiam materiam ad locum lesum attrahere ad quem intellectum sic retulit Avicenna 2a primi capitulo 3o de quando et qualiter evacuare oportet quod intendens divertere non debet a capite deorsum in sinistram divertere ne novam materiam ponat in fluxum ad locum illum quod intelligitur ubi materia plurima fuit/ 3a conditio quod materia non sit venenosa tunc enim non est per partem contrariam sed per partem patientem evacuandum

Rigores quidem incipiunt etc./ quarta particula istius afforismi est ista Rigores in mulieribus incipiunt magis ex lumbis ascendentes per dorsum ad caput probatur sic mulieres sunt viris ex natura frigidiores et maxime circa partes iam dictas ergo quo vera patet qua et dicta ca literam declarabit Primo nota per rigorem intelligendum hic motum membrorum contrarium propter motum humorum velociter sparsi supra musculos et lacertos et non solum huiusmodi rigorem sed etiam typum quemlibet et febrem antecedentem ut frigus hominis in principio etc. de hiis enim omnibus verus est afforismus ut patet Secundo nota quod aliquo afforismus potest habere intellectum duplicem primus est quod rigores in mulieribus magis incipiunt ex lumbis quam ex aliis partibus corporis et hunc sensum non puto esse verum tamen cum alie partes ut exime sint frigidiores et densiores lumbis frequentius ex aliis partibus quam ex lumbis incipiunt rigores 2us intellectus esse potest ut per quem comparentur mulieres viris in tali inceptione rigorum ex lumbis ut sit sensus quod magis in mulieribus incipiunt rigores ex lumbis etc. quam in viris et sub hoc sensu videtur quod concedenda et sic videtur exponi a commentatore in commento et exponitur magis id est intensius et frequentius Tertio nota quod stante in membro debita dispositione ad sentiendum tres potissime videntur cause impedientes rigorem vel removentes aut diminuentes prima fortitudo virtutis membri/ 2a caliditas membri/ 3a raritas membri propter enim fortitudinem expellit materia ad partes debiles propter caliditatem subtiliatur calefit et resolvitur materia et non retinetur quare non sic causat rigorem sicut in membro vel corpore alio vel aliter se habente propter raritatem transpirat materia quare etc. que cause 2m plurimum in viris magis quam in mulieribus reperiuntur quia aliis paribus habitudo viri semper est calidior fortior et rarior id est porosior tota habitudine mulieris/ 2o quod iuxta lumbos renes vel musculos illos circa renes existentes vulgariter lumbos dictos vel parum distantes situatur matrix in muliere que est membrum frigidum igne membrorum cum sit nervea vel ligamentalis 2a 3m capitulo primo in viris autem non est ita Et colligitur hec causa a commentatore libro epidimiarum libro 3o Et ex isto patet causa verificans conclusionem Quarto nota licet ita sit 2m plurimum potest tamen contingere et de facto contingit oppositum primo eo quod contingit aliquam mulierem aliquo viro ce

existentes sunt leviores profundis vel profundioribus probatur quia huiusmodi dolores sunt in parte grossiori a principalibus distanciori quibus etiam melius possunt remedia applicari ergo questio vera patet quia et autor circa literam declarabit. Primo nota non solum dolores sed etiam omnem aliam dispositionem preter naturam intelligendam esse. Secundo nota per tumores omnia apostemata cuiuscumque materiei fuerint et hoc aliis partibus. 3º nota per ventris concavitatem membra naturalia contenta. Quarto per superiores superficiales per inferiores profundos ut concavitatem ingruento. Primo nota hos esse leviores etc. primo quia exteriores partes ut plurimum ignobiliores sunt. Secundo quia sensibiles. Tertio quia melius possunt remedia eis applicari. Quarto quia interiores sunt calidiores quare ex dolore in apostemate magis inflamant et sic magis nocumentum augent. Quinto quia a principalibus membris sunt distaliores. Ex quibus etiam patet veritas affonsim.

Idropicis que nascuntur etc. 9º iste affonsim est ista: vulnera in ydropicis non faciliter sanantur. Probatur sic in ipsis habundat humiditas superflua mala vulnerum prohibens sanationem ergo questio vera patet quia et autor circa literam declarabit. Idem colligitur 10ª 3ii capitulo de ydropisi et 9ª quarti 3º tractatu capitulo primo. Et est utilis et ampliatur non solum ad ydropicos sed etiam ad alias egritudines etc. Primo nota per ydropicos cuiuscumque speciei ydropisis potissime tamen de aschite et yposarcha. Secundo nota per vulnera solutiones omnes continuitatis in natas sive ab intrinseco vel extrinseco illatas. Tertio nota tarde sanari propter defectum caloris naturalis debentis carnem regenerare ex debilitate epatis propter etiam aquositatem nutrimenti propter etiam superfluitates multas consolidationem impedientes etc.

Late pustule non valde etc. 9º affonsim istius est ista: late pustule non sunt magni pruritus causative. Probatur sic materia ipsarum est minus acuta et ideo sic minus puncta ergo prima questio vera patet quia et autor circa literam declarabit. Idem septima 3ii tractatu 3º capitulo de scabie ad principium. Et est utilis et ampliatur ut patet. Primo nota per pustulas bothor sive apostemata parva intelligenda ut variole morbilli verruce et pori. Secundo nota hec pustule ut 2ª primi doctrina prima capitulo de egritudinibus compositis multipliciter distinguuntur. Primo ex parte materie quia quedam ex calida quedam ex frigida quedam sanguinee quedam colerice quedam ex mixta ut morbille quedam ex flegmatica dicta ampulle quedam ex melancolia dicta verruce quedam ex ventositate dicte inflationes. Differunt etiam ex parte figure de quo impositus est sermo quia quedam acute eminentes quedam late mediocriter eminentes. Tertio nota materia faciens pustulas dum elevata vel a virtute exterius expellitur propter eius subtilitatem et acuitatem in uno loco quare fortem causat pruritum existente autem latiori significat materiam grossiorem et frigidiorem quare inde conmentum. Affonsimi decimus et undecimus patent. Sequitur duodecimus.

Emoroydas sanante etc. 9º istius affonsim est ista: periculosum est sanare emoroydas antiquas si non una ipsarum derelicta. Probatur sic ex tali sanatione periculum est corpus incidere in ydropem aut ptisim aut maniam ergo questio vera patet quia et autor circa literam declarabit. Idem 10ª 3ii capitulo de signis emoroydarum et est utilis in actu practico ut patet et ampliatur etc. Primo nota per emoroydas equivoce tria importantur. Quandoque enim intelligunt auctores per emoroidas venas aliquas ad anum terminatas quandoque illarum apertionem vel apostemationem quandoque proprie intelligitur fluxus sanguinis. Emor enim grece latine sanguis et roys fluxus unde emoroydes id est sanguinis fluxus qui tamen restringitur ad conmencientem apertionem venarum in ano. Secundo nota per emoroidas sanari intelligi debet hunc fluxum removeri aut prohiberi quod multipliciter fieri potest maxime autem cum hora venarum constringentibus et sic potissime intelligitur hic. Tertio notandum non tantum dictum esse antiquas ad denotandum quod materie huiusmodi naturaliter declinant oblongam consuetudine ita quod natura solita est per emoroidas suas superfluitates fecales evacuare ubi enim natura non sic esset solita non haberet tantam evidentiam affonsimus. Quarto nota unam relinqui oportere ut sanguis non totus qui expellebatur

retineatur secundum quod salse pars seculentior et grossior expellatur ¶ Tertio nota quod cum per fluxum emoroidarum evacuatur sanguis melancolicus et feculentus ad propriam constrictionem sequitur huius sanguinis retentio secundum plures quem sanguis ad epar regurgitans potest esse causa apostematum duri epatis et extinctionis caliditatis eius ¶ Item melancolia multa secundum ad iuncta fortitudine eius frigoris ad quod sequi potest ydropisis fluens iterum hic superfluus sanguis adveniens pulmonibus potest esse causa fracture vene et potissime in preparatis adhuc quare consequi potest ptisis ad cerebrum non perveniens potest esse causa melancolie cum sanguis hic melancolicus a quo primus vapor elevatus spiritu commixtus reddit spiritum silvestrem quare et mutantur cogitationes a naturali cursu et per consequens etc. ¶ Ex quibus patet veritas afforismi vide amarsilio quia clara sunt etc.

Singultum habet etc. Iste afforismus satis patet et alii omnes sunt plani usque ad illum vesicam incisam etc. vide in marsilio.

Cui vesicam incisam. Iste afforismus est iste malum est vesicam esse incisam aut cerebrum aut cor aut dyafragma aut aliquod gracilium intestinorum aut ventrem aut epar probatur sic talem incisionem impossibile est sanari et ad impossibilitatem eius sanationis sequitur mors ergo etc. quia est nota et ad litteram declarabitur idem quarta quarti secundo capitulo et est utilis in actu pronostico et ampliatur ad proportionabilia membra ¶ Primo nota non solum verificabilem conclusionem afforismi de membris in afforismo enumeratis sed de multis aliis quorum operatio est necessaria ad individui vite conservationem in toto ut splen cistis pulmo et nucha et sic de multis aliis membris ista tamen hic solum pro exemplo introduxit ¶ Secundo nota vesicam incisam non consolidari cum duabus conditionibus prima ut incisio sit magna et notabilis secunda quod sit in substantia nervea vesice et non carnosa incisio cum facta in collo vesice quod carnosum est in extractione lapidis frequentissime consolidatur ut experimenta patet ¶ Est autem hoc verificabile primo quia cum sit nervosum membrum nocumentum

quod est continuatum cerebro et nuche et reumatibus ex ipsa fit vehemens dolor multiplicans virtutem debilitans propter superfluitates serosas acutas solitis partibus occurrentes ¶ Tertio nota de incisione in cerebro ut in commento et ponit duplicem scilicet penetrantem et non penetrantem supposito est sermo de penetrante usque ad ventriculos non penetrante enim curari contingit licet raro et commentator in commento ¶ Quarto nota de corde verum est sive penetrans sive non penetrans dum tamen sit notabilis cum propter sensibilitatem membri et inflamabilitatem sanguinis et spiritus et transitum eius de dyafragmate etc. patet si notabilis fuerit propter motum enim eius non recipit consolidationem sicut de pulmone alias dictum est de intestinis gracilibus patet propterea quia sunt valde exanguina et gracilia videntur etc. habere aliquid carnositatis licet de ipsis etc. verum sit si multum notabilis fuerit similiter de ventre licet dici posset quod subvenire comprehendi possunt intestina grossa quia in compositione sua et complexione magis stomacho vicinantur de epate etc. verum est si fuerit solutio in epate magna per quam magne et notabiles vene epatis deperdantur vel incidantur tanto enim fit sanguinis fluxus quod prius quam restaurari possunt moritur eger etc.

Quando incisum fuerit os etc. conclusio huius afforismi est ista quando incisum fuerit os aut cartilago aut nervus aut maxille tenues aut preputium non crescit neque agglutinatur in talibus enim est virtus debilis et nutrimentum resistens consolidationi ergo non vera patet quia et ad litteram declarabitur idem quarta quarti capitulo primo et prima primi capitulo de membris et plures alibi et est utilis et ampliatur ut patet ¶ Primo nota per incisionem intelligendum esse hic solutionem continuitatis que est cum deperditione notabilis partis vel ubi solutio est valde magna et penetrans ¶ Secundo nota ut quarta quarti capitulo primo in genere membrorum nostri corporis reperiuntur extrema et medium in facilitate et difficultate restaurationis proportionabiliter duritiei et mollitiei ipsorum membrorum in duritie autem extremum est os in mollitie est caro et in medio sunt cartilagines

nervi etc. ancora aliqua sunt magis pro
pinqua extremo mollicie et aliqua duri
ciei et secundum hoc habemus extrema et me
dium in facilitate et difficultate consolidati
onis et continuationis quedam enim facillime
ut caro quedam difficillime ut os quedam
medio modo et alia cartilaginea quorum aliqua
plus accedunt ad os et aliqua minus ¶ 3o
nota causas facilitantes unionem in membris
solutis esse multiplices prima mollicies
quare facilius fit in instanti 2a fortitudo
caloris quare multum nutrimenti potest
attrahere et multum convertere 3a facili
tas nutrimenti vel aptitudo ad conversionem
que omnia in carne reperiuntur est enim mol
lis calida et humida et nutritur sanguine
faciliter transmutabili etc. Contra vero os
ex quibus patet esse difficulter unibile
est enim durum propter quod difficilius fit in insta
nti et difficilius applicatio partium solu
tarum ex sanguine et pauci caloris unde et
modicum sufficit attrahere nutrimenti
cum etiam nutrimentum est grossum terre
um difficile transmutabile quare etc.
Ex quibus patet quod os et spermatica
membra soluta difficulter uniuntur et os
difficillime et sicut aliquod membrum plus
appropinquat nature ossis ita difficilius u
nitur ¶ 4o nota preter causas dictas re
periri alias accidentales ut motus mem
bri ut in pulmone et arteria accidentia
supervenientia ut in corde et partium solu
tarum elongatio ut in nervo soluto contingit
¶ 5o nota in membris dictis dupliciter unionem
contingere fieri unione uno modo per viam
prime intentionis scilicet quia parte revertantur
unione tali quali prius unite erant 2o
per viam 2e intentionis quia scilicet loco
deperdite partis regeneratur aliquid quod
suppleat vices eius diversum tamen ab
illis et illud quandoque appellatur porus sar
coides Ad propositum hic intelligitur primo
et hec [illegible] invenitur ut 3o tegni et is
tam conclusionem volunt [illegible] allegato loco
aut patet patere ex dictis facta enim so
lutione notabili ex qua notabilis deper
ditur pars [illegible] multum [illegible]
debilitatur virtus eius et nutrimentum
eius est grossum et calor debilis et suba
dura etc. ¶ Sequitur tunc per [illegible]

afforismi ¶ Sunt essent multa dicenda de
quibus habetur 3 tegni primo et ideo obmitto
Melancholici [illegible] etc. iste aphorismus
et omnes sequentes patent usque
ad 16m s. illum Quibuscunque
in acutis causis etc.
Quibuscunque in acutis causis etc.
Iste aphorismus est iste Quibuscunque
corporibus in causon fit tre
mor alienatio solvit i. e. signum
solutionis tremoris probatur per huiusmodi
alienationem significatur resolutionem materie
facientis tremorem ergo 3o nota per quam et
4m circa litteram declarabit Item 2a 3a
capo de tremore in fine et prima quarti
capo de causone in fine et est utilis et am
pliatur ut patet ¶ Primo nota quid per
causonem intelligi debeat ¶ 2o nota quod
tremor de quo in proposito est sermo causatur
ex subito motu materie acute mordi
cative vel pungitive super musculos et
lacertos quare virtus percipiens nocu
mentum forti concussione movet membra
sicut patet in principio huius capituli ergo
causa excitans est materia illa talis mo
tum vero faciens est ipsa virtus ex
quo patet quod quanto ipsa virtus est fortior
et materia est acutior et maior magis
impressiva tanto aliis paribus est rigor
fortior ¶ 3o nota per alienationem in propo
sito intelligendum esse permixtionem ratio
nis que in causon aphorismi consequitur motum
materie vaporose colerice ad cerebrum
et permixtionem eius cum spiritibus quare
etc. ¶ 4o nota ad veritatem aphorismi pro
babilis oportet supponere alienationem
esse levem si enim esset valde fortis sig
nificaret magnam lesionem principalis me
mbri et esset significatio mala ¶ 5o nota
per tremorem superveniente causon sign
ificatur materiam que erat intus venisse ex
pelli si ergo superveniat significatur plenior
materie expulsio ita quod venie perfecte ab
hac materia [illegible] quia signifi
cat materiam esse tantam quod necessario pars
eius vomitatur cerebro significat etiam
nervos extremitate calefieri quare et su
per calefactio [illegible] cerebro ex qua in
[illegible] fit alienatio ergo alienatio fit
levis et virtus fortis remaneat est signum

bonum significans completam [illegible] dissipationem et materiei consumptionem quare etc. ¶ Ex quibus patet veritas conclusionis hoc volunt. Amplius aliqui arguunt contra galienum 2a 2i allegato capitulo dicens dixit Et ypocras quidem dixit cum accidat in febre causonide tremor fit sensus permixtio resolvit eam ab ipso galienus vero concessit hunc afforismum dicens non est mens quem modum non fit et sexta quarti allegato capitulo Et ypocras quidem dixit quod si alicui accidat in febre causonide tremor fit permixtio mentis resolvit ab ipso tremor Et est simile ut sit illud quod carbones calefit valde et calefiunt valde et est simile ut sit illud causon et sit permixtio mentis et resolvatur ab eo per tremorem per expulsionem materiei ad nervos et panniculos sicut diximus superius potest esse signum causandum tremorem ita quod ut in textu velle. Amplius in litera etc.

Eunuchi non podagrizant etc. 9o afforismum istius est ista Eunuchi non podagrizant neque calvi fiunt probatur sic Eunuchis deficit causa podagre et calvicie ergo non [illegible] patet quia et antecedens circa literam declarabitur. Idem 22a 3i capitulo de doloribus iuncturarum et specialiter quantum ad secundam partem ab ypocrate in libro de humana natura et vita primo 3o tractatu primo capitulo de nocumentis coitus et septima quarti capitulo 2o Et [illegible] istius afforismi Et ampliatur ut patet ¶ Primo nota per eunuchos intelligendos esse illos qui carent testiculis sive ex tempore castrati fuerint sive a generatione spadones ¶ 2o nota non esse intentionis ypocratis Eunuchos nullo modo incurrere podagram sed cum certis conditionibus posito scilicet quod in cibo et potu debite utantur regimine ipsis namque in cibo et potu male rectis contingens est ipsis podagram et alios iuncturarum dolores incurrere ¶ 3o nota licet cause dolorum iuncturarum ut podagre ab auctoribus multipliciter distinguuntur ut debilitas iuncturarum innata superfluitas cibi et potus et maxime vini inordinata assumptio et super vacuitate inordinatus motus coitus et sic de aliis quia tamen tempore ypocratis homines ordinata in cibo et potu utebantur dieta ut sic corpore et delicate viverent frequentem autem tamquam nimie magis eos allicientem magis coitum aut hunc potissimam causam podagre et dolorum iuncturarum coitum estimavit ypocras propter quod non utentes coitu illis temporibus raro vel numquam podagra et iuncturarum doloribus molestabantur. Unde et propterea protulit afforismum dicens Eunuchi eo quod a coitu penitus vacant non podagrizant ¶ Ex quo patet primo causa veritatis conclusionis afforismi pro prima parte patet 2o quod non solum ad eunuchos sed etiam ad alios debite abstinentes a coitu ampliatur afforismus ¶ 4o nota capillos de capite cadere multis de causis fieri primo uno ex causis preter naturam ut est adustio ignis vel aque ferventis aut causa preter naturam intrinseca ut humor corrosivus materiam pili corrodens sicut in alopicia contingit et tales capillorum defectus non appellantur calvicies quibus autem proveniunt ab intra a causa naturali et hec causa potest esse multiplex ut septima quarti 2o capitulo. Prima causa potest esse multa frigiditas naturaliter poros firmissime constringens et prohibens generationem quare pili existentes cadunt et non generantur novi multa cum frigiditas poros constringens unde prohibet vapores [illegible] 2a humiditas nimia est poros claudens sicut in infantibus et [illegible] esse in [illegible] et mulieribus non in superiori parte pili generantur 3a causa potest esse nimia siccitas quare cutis fit testea et dura non recipiens materie penetrationem et cum hoc est materiam ex diminuens paucificata cum materia paucificatur cutis et pili 3a causa pendens ex hac est nimia elongatio cerebri a cranio quare non humectatur cranium sed exsiccatur et quod cutis Alia causa caliditas nimia materiam consumens et hec non operatur illud nisi perducat corpus ad siccitatem nimiam Alia causa nimia pororum latitudo quare non retinetur materia ex qua generandus est pilus Ad propositum licet omnes iste possint esse cause tamen potissima consequitur coitum super fluum quia ergo in eunuchis adest humiditas pilos conservans et fovens et sufficienter cutis [illegible] hinc est quod eunuchos dixit non calvos fieri Ex quo patet causa veritatis afforismi quantum ad [illegible] ¶ [illegible]

dubium per castracionem corpus preparatur
ad podagram ergo etc. Ad oppositum arguitur sic quia
totum corpus vehemencius infrigidatur et
per consequens accidentaliter humectatur ergo in ipso
plurima habundant flegmata et cum hoc
in virtute et toto corpore debiles sunt etc.
¶ Confirmatur sicut in forte cum anno in-
trat libra sub flegmate quam calor fortis
debilitet inviscat et prohibeat fluere ad iunc-
turas et tunc per castratos crescit humiditas
flegmatica et calor debilitabitur ergo pro-
babilius non potest prohibere etc. ¶ Secundum
dubium quare calvi fieri debeant inventi castra-
cionis si primo habuerunt capillos paucos
propter habundanciam frigidi et humidi hiis enim
castratis superfluit humidum et calor deficit
ideo etc. ¶ Ad primum dicitur concedendo quod
corpus per castracionem ad podagram prepa-
ratur non tamen sic sicut per superfluum coy-
tum. Ex quo patet quod non castratus nimio utens
coitu magis preparatur ad podagram quam cas-
tratus. ¶ Pro confirmacione prima dicitur
quod mulier carens menstruis magis est podag-
ra quam superfluo utens coitu. ¶ Pro alia
confirmacione dicitur similiter. ¶ Ad secundum dicitur
est ipsos calvos quamvis fieri quia tamen hoc
valde raro contingit propter hanc causam scilicet
frigiditate et humiditate solo non procedit
contra dicta quare etc.

IV



